

LIBER III.

DE CONTRACTIBVS
ET QVASI.

Tit. I. De conventionum divisione apud Romanos.

Tit. II. De conventionum divisione apud Germanos.

Tit. III. De consensu ejus divisione & contrarius.

Tit. IV. De personis contrahentibus.

Tit. V. De contractuum objecto.

Tit. VI. De contractuum communicatione actione exercitoria &c.

Tit. VII. De iis, quæ in contractu communiter prestantur.

Tit. VIII. De Usuris interesse & mora.

Tit. IX. De Mutuo.

Tit. X. De Commodato.

Tit. XI. De Deposito.

Tit. XII. De pignoratitio contractu & inde erto jure pignoris.

Tit. XIII. De Emtione & venditione.

Tit. XIV. De Locatione & conductione.

ANNA

Tit.

Tit. I. De Conventionum Divisione &c. 369

Tit. XV. De Societate.

Tit. XVI. De Mandato.

Tit. XVII. De contractu chirographario.

Tit. XVIII. De Permutatione.

Tit. XIX. De Contractu estimatorio.

Tit. XX. De Contractibus innominatis.

Tit. XXI. De Cambio.

Tit. XXII. De Contractibus qui aleam continent assurcatione, sponsione, lusu &c.

Tit. XXIII. De Contractibus rarioribus.

Tit. XXIV. De quasi Contractibus.

Tit. XXV. De Negotiorum gestione speciatim.

Tit. XXVI. De iis quae ex aequitate prestantur seu condictionibus.

TIT. I.

De Conventionum divisione apud Romanos.

§. I.

BActum & conventio jure civili synonyma sunt arg. l. i. §. i. 2. 3. de pact. Schilt. Exercit. VIII. §. i. Neque enim distinctæ utriusque definitiones extant ullibi in N. quicquid contendat Wissenbach. h. t. ib. i. Duaren. ad h. t. c. i. De etymologia pa-

Aa

cti

370 Tit. I. De Conventionum divisione

Eti quam tradit d. l. i. b. t. §. i. vid. Schilt. d. l.
ubi exacta magis. Magis ad rem sunt, quæ de
vocabulo conventionis monet Ulpian. d. l. i.
§. 2. Definitur conventio duorum plurium vē
in idem placitum consensus. Nimis profe-
cto generaliter, uti ad oculum ostendit Franz-
kius b. t. pr. Addendum itaque de aliquo præ-
stanto, vel non præstanto. Comprehendit
præstatio donationem & factum, non præsta-
tio retentionem & non factum.

§. 3. Dividitur conventio in nudam &
non nudam. Illa est, quæ nullum civile fir-
mamentum adepta in nudis placiti finibus
consistere dicitur l. 27. de C. loc. Hæc vero
quam jus civile peculiari fulcimento orna-
vit. Illa est unius generis. Hæc vero pro di-
versitate fulcimenti sui varia est. Ex hac in
foro efficaciter agitur, ista actionem non pro-
ducit, quod toties repetitur l. 7. b. §. 5. Fru-
stra hanc distinctionem impugnant Wissen-
bach. & Huber. b. t.

§. 4. Paeti nudi curam Prætor gessit l. 7. §. 7.
b. t. Idque bifariam, quod inde vel exceptio-
nem dederit, vel actionem. Illud ubiq; egit d. l.
hoc in pacto geminato. Ne quis fidem gemi-
nam violaret. Vnde CONSTI TVTVM, quod
est conventio, qua quis vel proprium, vel alte-
rius debitum denuo se soluturum esse consti-
tuit. vid. §. 8. j. de act. t. t. de pecun. constit. Vocatur
ulti-

ultima species hodie: ein transport. *vid. DN. Stryk. comment. ad Lauterbach. d. t.*

§. 5. Post tot pactorum confirmatio-
nes & mutationes nihilominus species nudo-
rum remanserunt. e. g. pactum usurarum, pa-
ctum novationis, pacta de futuro contractu
reali ineundo &c. unde satisfit Kulpis. *Colleg.*
Grot. L. 2. c. 11. ib. 1. l. e.

§. 6. Paœta non nuda verus juris ci-
vilis fatus sunt. Recepta enim semel hypo-
thesi, quod præter consensum alia accessio-
ne ad gignendam actionem opus, quod popu-
lus non uti vellet, sed ex præscripto actiones
instituere deberet, non amplius, quid negotii
gestum de simplici & plano respexerunt, Ve-
rum unice examinari caput, an jus civile ad
certam classem & certum caput istud rede-
gisset & quodnam illud esset.

§. 7. Sicut vero omnia Romanorum
instituta * non per impetum simul ac semel
perfecta sunt: ita & in conventionum do-
ctrina mira assumpta deprehenduntur.

* Potest res optime illustrari ex historia Calendaris
Romani, quot fabrii enim, quod intercalatio-
nibus & assumentis hic res non gesta antequam
ad 365. dies perspenerunt *vid. L' histoire de Calen-*
drier.

§. 8. Sunt LL. XII. Tabularum fons ju-
ris civilis *vid. Gothofred. in quatuor font. jur.*
Hic vero pauciora negotia tantum de-

372 Tit. I. De Conventionum divisione

scriebabant & legitima auctoritate muniebantur. Ad quæ dein in perplexo & fraudulento suo libro pontifices formulas agendi conscribillaverant. Unde contractuum nominatorum appellatio & definitio. Scil. sunt pæta primis Romanorum legibus canonisata & nominata formula à collegio pontificum donata.

§. 9. Sed mox intelligebant Romani quam curta ipsis suppellex, & quam iniquum v. c. esset quod si aliquid datum factumve, nequidem vicissim coactio esset, ut aliquid daretur vel fieret. Hinc factorum & rerum per mutationes assuerunt. Unde contractibus innominatis sua origo & auctoritas. Fatetur hoc tacite ipse Ulpianus d. l. 7. de pact. pr. §. 1. 2. Ne vero à laudabili majorum more vel latum unguem abirent, vel homines de turba nimis sapientes redderent, jureconsultis id negotii demandabatur, ut recens natos contractus novis agendi formulis præscriptis exornarent.

§. 10. Unde iterum facillima contractuum innominatorum definitio. Quod sint conventiones, quas Romani ex æquitate sub certo respectu receperunt. Ex quibus tamen nec ad ductum libri pontificum formularii, quod post Flaviani & Æliani juris nomen assumit, nec ad ductum edicti perpetui prætoris

ris formularii de quo omnino Rævard. in pro-
trib. sed ex præscripto jurisconsultorum v. Hu-
berum ad t. de P. V. agebatur. Explicatur simul
hac ratione natura actionis præscriptis verbis.

§. II. Laborabat tamen jurisprudentia
alio adhuc incommodo. Scilicet horum con-
tractuum omnium natura & definitio paucis
absolvitur. Quod præterea adjicitur inter col-
loquendum communi consensu, id pacti qui-
dem rationem habere, contractus vero, ne
contractus detur contractus dici nequit. Ex
pacto autem actio dari non poterat. Hinc
vel novum supplementum, quo contrahenti-
bus consuleretur excogitandum, vel totum
commentum, quod ex pacto actio nasci ne-
queat eliminandum erat.

§. 12. Placuit prius eligere & pactis ad-
jectis contractibus vim obligandi tradere, sub
conditione tamen ut in continentि adjice-
rentur. Sic una fidelia duos dealbabant pa-
rietes. Necesitati vitæ communis subvenie-
batur & antiquitati suis quoque constabat
honor. Etenim hæc pacta non proprio jure,
sed virtute accessionis ad contractum vale-
bant. Hinc ut ad contractum accedere & ei
jungi possent, in continentि adjicienda erant,
negotio enim, quod jam diu prævit natura-
liter aliquid adjungi nequit. vid. Excell. DN.
Fries de pact. adj. Franzk. ad t. de c. s. V.

§. 13. Ne sic quidem res ab omni parte
beata, postea enim, pariter in communem
usum pacta dotalia, aliquatenus sponsalia, pa-
Etumve donationis &c. legibus firmata, ut
actio inde daretur. Cum vero contractus
nomen semel ab aliis occupatum esset nego-
tiis; pactorum legitimorum nomen exorsum
est. Non opus, ut hanc geminam speciem
pactorum describamus, sola fere recensione
noscitur.

§. 14. Contractus dein nominatos sub-
dividunt in reales, chirographarium, verba-
lem & consensuales. Prout autre, aut scri-
ptura, aut solemnibus verbis, aut sola con-
ventione perficiuntur.

§. 15. In ipsa itaque prima contractu-
um receptione, illud saepius decantatum, ne
conventio nuda obligaret, ante oculos habe-
bant. Inde in mutuo, commodato, pignore
& deposito obligatio nulla jure civili nisi rei
traditio accedit, ut scilicet conventio nuda
haberet ubi pedem figeret. Inde est quoque
quod in his contractibus ultra rem datam,
ne pacto quidem ab initio ad id directo, obli-
gatio nascatur, nisi accedit stipulatio, vid. Dn.
Stryk. II. M. tit. de R. C. §. VIII.*

* Ante sidera de caelo posse cadere, quam re obligatio-
nem contrahi ultra datum inquit Bartolus ad l. 90.
de duob. reis.

§. 16. In chirographario contractu datum ante biennium chirographum, rursum non nuda conventio: In stipulatione solemnis interrogatio & responsio obligandi vim ac robur adferunt.

§. 17. Manserunt tamen quatuor emtio, locatio, mandatum & societas, quæ circa ullam accessionem alterius rei solo perspicuo & determinato consensu perficiuntur. Unde & contractus consensuales dicti sunt. Forte quia horum ingens usus in commercijs, jam vero multis retro seculis fidei servatio mercatorum proprium officium visa est. Accedit, quod v. c. s̄episime merces absentes inter absentes emantur & vendantur, ut traditionem pro perfectione exigere velle, commerciis exitium accersere esset.

§. 18. Contractus innominati revera unius & ejusdem, generis habitu & realibus fere exæquati sunt. Ut contractuum nomine non censeantur, nisi minimum à parte alterutra rei traditio intervenerit. Ne ex nudo pacto actio oriretur. Hinc certo respectu eos receptos fuisse §. 10. diximus.

§. 19. Affertur quidem distinctio in regulares & irregulares. Quorum illi certo & unico vocabulo indicari possunt, ut: permutatio hi vero integra negotii expressione v. c. facio ut facias constare dicuntur. Sed ad vo-

cabula saltim hæc distinctio pertinet, in caussarum decisione non adfert ullum momentum.

§. 20. Non tamen plane omni remedio destituebantur Romani prospiciendi cum in omnibus conventionibus, tum præcipue in iis, quæ solo nudo consensu non firmabantur, suæ securitati. Hunc in finem enim in promptu erat stipulatio, quorsum respicit Imperator ipse pr. I. de V. O. in tradenda hujus vocabuli etymologia.

§. 21. Quotiescumque scilicet promiscuis verbis suum negotium vel in mutuo vel in contractu innominato, vel in aliis, peregerant, tandem coronidis veluti loco habetenus inter ipsos agitata in interrogationes & congruentes responsiones redigebant. Unde & *prædictam* stipulationem dixit Cujacius ad l. 16. de V. O. vid. l. juris gentium §. quod fere de pact. Balduin. ad Inst. p. 421.

* * *

Propter multiplicem usum stipulationis factum quoque est, quod sub hoc contractu in ff. & I. non tam quæ ad stipulationem, tantum, sed quæ in genere ad naturam contractuum intelligendam conducunt, explicitur.

§. 22. Erant & alia divisiones sic respectu legum in legitimas, quæ à lege civili, & ju-

& juris gentium, quæ à naturali jure formam acceperant conventiones dividebant. *l. 5.
de pact.*

§. 23. Propter objectum quædam publicæ appellatae, quæ pacem bellumve, vel aliud publicum negotium tractant, quædam privatæ, quæ à privatis de rebus privatis interponuntur, dictæ sunt *d.l. 8.*

§. 24. Ratione effectus quædam liberatoriae sunt, ut : pacta de non petendo, quædam obligatoriae, de quibus hactenus. Illæ iterum vel nuda sunt, vel non nuda, ad hæc refer acceptilationem, novationem &c. in eo convenient, quod utrisque tollatur obligatio. Verum nudis ope exceptionis, non nudis ipso jure.

§. 25. Est & utilis divisio in pacta realia & personalia. Hæc personam respiciunt & ultra eam non extenduntur, in realibus securus est. Regulariter quævis pacta sunt realia, licet in iis herendum mentio facta non sit. Personalitas vero ex peculiari adjectione, vel ex ipso facto colligenda demum, *vid. DN. Thomas ad Huber. de pact. §. 8.*

§. 26. Ratione processus sui in b. f. & stricti juris contractus secernebant. In illis liberior potestas judicis dati, in his vero præscriptæ formulæ à prætore inhærendum.

378 Tit. I. De Conventionum divisione

Adeoque duplex judicis pedanei & Prætoris officium totam distinctionem peperit.

§. 27. Usus est in eo, quod in b. f. contractibus fructus debeantur licet non expresse nominati, quod usuræ debeantur ex mora l. 32. §. 2. de usur. quod pacta in continentali adjecta contractui b. f. inesse dicantur l. bone fidei C. de pac*t*. quod dolus dans caussam b. f. contractui reddat eum ipso jure nullum l. 71 pr. de dol. mal. quod ratio loci habeatur l. 7. pr. de eo quod cert. loc. &c. Quæ omnia in stricti juris contractibus secus. Illam differentiam, quod juramentum in item tantum in b. f. contractibus locum haberet, falsam esse demonstravir DN. Thomas. de pret. effect. in res fung.

§. 28. Est & tandem pactorum adjectorum præter allatam in ea, quæ in continentali & quæ ex post facto adjiciuntur, item quæ accedunt contractui b. f. & quæ stricti juris negotio annexuntur; alia distinctio in pacta detrahentia & adjicientia l. 72. de c. E. Illa quoque contractibus b. f. insunt & actio, nem formant i. e. pro parte contractus habentur & actionem contractus ad id, de quo pectorum est extendunt l. 7. §. 8. b. t. Adjicientia non faciunt partem contractus. Si pacta contractui cui adjiciuntur adversantur, vitiantur vid. Bachov. ad tit. de pac*t*. rubr. de pac*t*. adj. n. 7.

§. 29.

§. 19. Divisio in verum & quasi contractum, est saltim divisio analogica, quia quasi contractus plane non est contractus, nec sub hoc genere continetur. Ut videbimus tit. ult.

TIT. II.

De Conventionum divisione,

apud Germanos.

§. 1.

EX recensitis divisionibus juris Romani considerunt in nostro foro divisio cardinalis in conventionem nudam & non nudam. Subdivisiones contractuum in nominatos & innominatos. Nominatorum in reales & verbales (de chirographario postea) subdivisio pactorum in legitima & adjecta, nec non horum ulteriores variae ac subtiles distinctiones. Ratio horum omnium est, quod haec divisiones supponant simplex pactum non producere actionem. Cessant itidem b. f. & stricti juris contractuum species, quia ratione procedendi & distinctione officii prætoris & judicis pedanei nitebantur.

§. 2. Speciatim stipulationum usus olim frequentissimus hodie arbitrarius factus est, ut pro lubitu quis iis uti vel omittere easdem pos-

posit. Neque enim firmiter demonstrari potest, quod hodie stipulatio in quovis pacto adesse presumatur *vid. Gœdd. de Stipul. c. i. 44.* Id quod egregie corroborat B. Schilter. *Exerc. IIX. §. 5.* præcipuum monitum est, ne ubi interrogatio & responsio deprehenduntur ipsam antiquam stipulationem adesse credamus. *Id. ibid.*

§. 3. Sed sicuti recepta semel hypothesis, de qua ex omni retro historia Germanorum constat, quod ex quolibet pacto deliberato detur actio *vid. Mev. p. V. dec. 408.* Carpz. *p. II c. 19. d. 17. n. 8.* indubie dictis sua veritas constat: ita non opus multis disputatione, quo nomine sit haec appellanda actio. Commodissime interim conditionem ex moribus appellare poteris. Lauterbach. *Exerc. VIII. concl. for. 9.*

§. 4. Quod si enim conditionem ex canone dicere malles, non tantum de sensu *cap. I. §. 3. X. de pacl. vid. Ziegli. ad Lancell. L. 3. Tit. 3. §. 5.* multum rixandum erit, sed vel ea propter in cassum laborabitur, quod fidei servandæ cura apud Germanos receptioni juris can. multo sit antiquior. Ut proinde pontificali sanctione non opus fuerit.

§. 5. Hinc praxi non contrariatur assertere: nominibus conventionum pactorum & contractuum hodie non indigitari res & nego-

negotia in effectu diversa, sed his omnibus synonymice nos uti. Hoc sensu, quod omnia Germanorum pacta sint unius generis, quæ non sine ratione vocantur: conventiones deliberatæ.

§. 6. Sed cape hæc de effectu obligandi, alias enim nec hodie contractus litteralis ubi non litteræ, nec realis ubi non res &c. intervenit, dici potest. Quia nostrum non est vocum Romanorum significatus pro iubitu immutare.

§. 7. Imo ne dupondii quidem famoso nomine dignus esset, qui non exactas definitiones talium omnium teneret. Cum sane frustra juris civilis volumina evolveret, frustra saepius sancta legum auxilia imploraret. Sub his enim contractuum divisionibus, sub eorum singulis titulis multa utilissima tractata esse, nemo unquam negavit. Hinc de ipsa sola divisione exaudiendi sumus.

§. 8. Verisimiliter concidit & subdistinetio pactorum liberatoriorum. Etenim pacta simplicia apud Romanos erant pacta juris naturæ, hinc obligationem naturalem tollebant ipso jure l. 95. de solut. Quia hæc obligatio per pactum poterat constitui. Unde obtinebat ratio l. 35. de R. I. Non tollebant civilem ipso jure, quia civilem non poterant constituere. Ergo per rationem à contrario

d. l.

d. l. 35. de R. I. Hodie autem, quia in nostra civitate civilis obligatio pacto constituitur, necessario rursus vid. d.l.35. sequitur, ut eodem pacto ipso jure tollatur.

§. 9. Licet vero dictæ distinctiones cessa-
sent, mansit tamen distinctio in pacta realia &
personalia. Mansit & illa in pacta publica &
privata. Quia hæ divisiones Romanæ non
sunt, licet in corpore juris extent. Imo & ul-
terius varie utiliter distinguitur.

§. 10. Ante omnia secerni debent tra-
ctatus de contrahendo ab ipsis contractibus.
Nam quamdiu inter partes nil certi conclu-
sum, promissio non plene facta * acceptatio,
non congruenter fecuta &c. nec hodie dici
potest, quod partes inde obligentur, vid. Stryk.
Caut. contr. Sect. 1. c. 6. §. 1. Si quid arrhæ da-
tum illud communiter amittitur. De quo
infra.

* s. c. si nec tempus determinatum, nec quid precise
dandum.

§. 11. Supponenda hic itidem distinctio in
contractum claudicantem & firmum ab utra-
que parte. Quæ sane hodie non inter pupillaria
vel prodigi privilegia continetur, sed
plures personas comprehendit. vid. Pufend.
de J. N. & G. L. M. c. V. §. 7. Aliquatenus huc
spectat hodie contractus suffragii, si post
habitum inaniis effectuum respicere volumus.

§. 12.

§. 12. Contractus sunt vel beneficii, vel permutatorii. Illi ubi una pars sive dando sive faciendo gratis officium exhibet. Hi ubi pari refertur. Ad illos spectant donatio, mandatum &c. Ad hos præcipue emtio, locatio &c. Usus distinctionis in præstatione culparum, evictionis, indicandis viciis, dissoluzione, interpretatione &c. uti singulæ species ostendunt.

§. 13. Contractus sunt vel principales, vel accessorii. Illi per se subsistunt, quales plerique omnes. Hi vero accedunt jam per alium contractum constitutæ obligationi v. c. pignus, fidejussio, constitutum. Usus est in eo, quod accessoriorum firmitas & præstationes sequantur contractum principalem.

§. 14. Contractus sunt vel puri, vel non puri. Illi qui nec conditionem, nec diem &c. admistum habent. Hi vero quibus vel dies, vel conditio adjecta. De illis non est, ut agatur separatim. Ad judicis tamen officium spectat ex humanitate etiam in puris aliquam solutionis dilationem concedere Quod nihilominus male probatur ex l. 105. de solut.

§. 15. Dies addita conventioni obligationem non suspendit, nisi sit dies ratione existentiæ incerta. arg. l. 16. §. 1. de cond. indeb. Adjicitur autem, vel differendæ solutionis causa l. 46. pr. de V. O. vel finiendæ obligacionis,

384 Tit. II. De Conventionum divisione

nis , vel multiplicandæ præstationis ergo e. g. ut annuatim repetatur vid. §. 3. 7. de V. O. Effectus utrobique facile intelliguntur. Hoc notandum quod promissa annua initio cuiusque anni petantur v. §. 3. 7. de V. O.

§. 16. Conditionum naturam & divisionem ad tit. de legat. L. II. exposuimus. Hic tenendum impossibile & turpes vitiare contractum, quia serius consensus deficit. Sub casuali promissa , non debentur nisi conditione eveniente. Hinc nec dies antea cedit nec alia obligatio adest , quam , ut promissor eventum expectet §. 4. l. d. t. Transit tamen spes debitum iri ad heredes vid. Huber. prælect. ad d. t. §. 5.

§. 17. Sunt & aliæ differentiæ inter hoc promissum & promissum in diem, in doctrina, quis potior in pignore habeatur l. 11. §. 2. qui pot. in pign. condicione indebiti l. 10. 16. 56. de condic. indebiti. &c.

§. 18. Conditiones veræ non sunt, quæ naturaliter insunt , vel quæ ad præsens , vel præteritum , tempus se referunt. Condicio enim est : adjectio externæ circumstantiæ, quæ negotium confert in futurum vid. §. 6. l. d. t. Non obstat exemplum : Decem dabo si prælium ante undecim dies gestum in hoc, vel illo loco.

§. 19. Celebratur contractus etiam sub modo

modo, seu, ut aliquid fiat, vel omittatur. Sed de illo dicetur ad contractus inuominatos. Promissum vero, ne aliquid fiat, aequipollent ei, quod in casum, cum moreretur promissarius, conceptum est. §. 4. J. de V. O. Neque hic admittitur supra explicata cautio Munitiana.

S. 20. Contractus est vel solemnis vel minus solemnis. Hic qui partium perspicuo consensu determinato & ab utraque parte declarato unice constat. Ille, qui alia solemnia vel in formularum * conceptione, vel in adhibitione testium **, vel in traditione *** ipsa exigit. Cujus hodienum hinc inde, vel vestigia supersunt, vel quedam plane noviter introducta deprehenduntur.

* Quales congesit apud Francos Marulfus Libro præcipue II. & auctor appendix apud eundem. Adde Sirmonti, Bignonii, Lindenbrogii & Baluzii collectiones. Sed has abrogavit Frid. I. 6. Schilt. IX. 3. b. Alicubi non valet chirographum nisi quod coram Senatu loci conscriptum. b. c. Rotenburgi & den Europ. Herold.

** Vadianus p. 86. in emtionis contractu si mediocris septem, si magna rei duodecim testes lege Francie adhibentur. Sed & hoc fere desit.

Vid. supra. LII. c. IV. §. fin. Unde insinuationes & alia solennitas cujusque loci. Resignationes judicialis &c.



TIT. III.

*De Consensu ejus Divisione
& Contrariis.*

§. 1.

Consensus vocabulum in se satis perspicuum est, ut definitione vix egeat. Describere tamen licet: plurium voluntatum in negotiis humanis de aliquo praestando convenientiam vid. l. 55. de O. & A. Ut vero simul, aut incontinenti ex utraque parte affectus d. l. concurrent opus non est, sed sufficit ratificatio & acceptatio ex post facto arg. l. 16. ad Sel. Macedon. Mantic. de tac. & ambig. convent. L. VIII. t. 7. n. 23.

§. 2. Tunc demum vero acceptatio se-rius accedens valida est, si voluntas offerentis adhuc durat arg. l. 4. de manum. vind. Ista enim revocata, non potest amplius voluntatum unio constitui, qua tamen in omni contractu opus vid. Bardili de tac. accept. litter. post princ. Hinc acceptatio ab herede fieri nequit, si defuncto quid oblatum, quia oblatio videtur evanuisse vid. l. 91. de R. I. Grot. de J. B. & P. L. II. c. XI. §. 16.

§. 3. Species consensus sunt duæ tacitus & expressus. Hic verbis, ille facto declaratur

ratur tali scilicet, quod communis hominum aestimatione ad consensum declarandum ordinatur. Addunt alii consensum presumtum, sed hic plane consensus non est DN. Thomas. *jurispr. div. L. II. c. 3.* Hinc quoque non constituit verum contractum, sed unice quasi contractum.

§. 4. Scilicet consensus presumptus est fictio legis, quod quis consentire debuerit, licet noluerit. Unde prior, quia a consentiente proficiuntur protestatione in contrarium tollitur. Hic vero, quia a lege certis factis annexatur, protestatione contraria tolli nequit. Ne privatorum pactis jus publicum tollatur arg. l. f. §. 5. 6. C. de bon. qualib.

§. 5. Cum vero in factis hominum non sit certus & determinatus finis atque intentiones mire varient, hinc ubi taciti consensus exemplum in ipsis legibus deprehendatur, res tamen non carebit controversia. Quia & legis presumtiones communes, conjecturas, circumstantias &c. sumserunt in subsidium, jam haec omnes nimium quantum variant. vid. l. 20. C. de presumt. l. f. pr. ff. quod met. caus.

§. 6. Nil tam contrarium consensui est quam error l. 15. de jurisd. l. 2. de jud. l. 57. de O. & A. Erratur autem vel ab utroque contra-hentium & tunc sine dubio negotium nullum est, quia neuter taliter illud geri voluit.

Neque petere possum, quod tamen acquirere nolui, neque excipere de possessione, quam mihi habere nunquam intendi. Cum jus ex contractu nasci nequeat, ubi quis aperte fatetur se non contraxisse. Refer huc l. 9. de C. E. V.

§. 7. Si ab una parte erratum circa objectum, restitutionem communiter concedunt, siquidem error sit alicujus momenti arg. l. 4. de rest. in integ. non extrinsecus in nomine, caussa impulsiva vid. l. 65. de V. O. sed in ipsa re arg. l. 32. d. 1. non ex nimia negligentia oriatur l. 6. de jur. & fact. ignor. & in tali qualitate admissus, quæ regulariter per modum conditionis supponitur, ne occasio reservationibus mentalibus detur.

§. 8. Si in genere contractus erratum spectat casus ad §. 6 cum hic uterque erret. Si in persona cum qua contraho erro, mihi imputem, quod conditionem ejus cum quo contraho ignorem l. 19. de R. I. Neque quam in contrarium probant l. 15. de jurisd. l. 2. de jud. l. 32. de V. O. utut communiter allegentur. Quamvis exceptiones ex æquitate admitti non repugnem, vid. Cujac. ad d. l. 19. exemplum est in l. 1. de exercit. act.

§. 9. Læsio ultra dimidium impedimento non minus consensu esse dicitur, eo, quod nemo consentiat in id, in quocircumvenia-

venitur Gœdd. *de contr. sfp. L. 3. c. 7. n. 104.* inde hujus loci est. Definitur lœfio, qua quis citra alterius dolum, in bilaterali negotio, tempore contractus Richt. *dec. 99. n. 147.* Myns. *IV. 73. n. 7.* ultra alterum tantum dedit, vel dimidium accipiendo non accepit Richt. *d. 1. n. 19.* & quidem ignoranter *arg. 1. 1. §. 5. de R. I.* nec ex voluntate testatoris Pinel. *ad l. 2. C. de resc. vend.* Historiam hujus remedii vid. apud DN. Thomas, *de æqu. cerebr. 1. 2. de resc. vend.*

S. 10. Probatur lœfionis quantitas & quod adfuerit tempore contractus. In rebus frugiferis & iis, quarum certi redditus recurrentur ajunt ad locationem, ut si merces vicies sumta, pretium de quo rixatur attingat, justum, si vero ultra dictum modum illud superet, vel ad dimidium non attingat injustum dicatur. Pinell. *d. tr. p. 11. c. f.* Res reliquæ estimantur secundum *L. 63. ad L. Aquil.* potissimum per peritos rerum estimatores Donel. *ad d. 1. z. n. 12.*

S. 11. Cautus sit per delationem juris-jurandi probatur, ut debito tempore illud agat vid. Coler. *dec. 12. n. 4.* Est & apud Donell. *d. 4.* alia cautela, ut si de pretio tempore venditionis non amplius constet, actor saltim præsentem estimationem probet. Tunc enim exinde ad præteritum concludi posse. Sed

vix procedit hoc inventum, quia tempus inter remedii requisita est. præc. §. 9.

§. 12. De ratione, qua lœsio reparetur
mire variant DD. An sit condicione ex lege
agendum. An imploratione officii judicis.
An petitione restitutionis in integrum. An
actione ex ipso contractu agendum, vid. Richt.
d. l. n. 170. Vero simillima est opinio penultima,
vid. DN. Stryk. de rest. in integ. U.M.

§. 13. Cui, in quo negotio detur indi-
cavit definitio. Datur alternative, vel ad cor-
rectionem dati, vel restitutionem accepti.
Vid. ipsam l. 2. de Resc. vend. processus est ordi-
narius Myns. centur. I. O. 33. cent. 2. O. 42. Carpz.
II. 34. 5. Forum competens est rei sitæ in im-
mobilibus & domicili in mobilibus Covar-
ruv. Tom. I. L. 2. c. 4. n. 14.

§. 14. Veniunt in hoc judicium etiam
fructus à possidente percepti, atque à parte
altera usuræ arg. l. cum bi 8. § si quis 22. de trans-
action. Habetur ratio impensarum, si quæ for-
te in rem factæ Fab. in C. L. IV. t. 30. def. 15. n. 2.
Resolvitur hypotheca interim rei restituendæ
imposita arg. l. 175. §. non debeo de R. I.

§. 15. Durat per triginta annos, ratio-
nem explicat DN. Stryk. d. l. II. M. Quibusdam
in locis dimidium nimis crassum visum est,
hinc jure Wurtenbergico lœsio ad partem ter-
tiam

tiam restricta. Econtra ius Magdeb. noviss. plane hoc remedium rejicit.

§. 16. De usū hujus remedii testatur Grœnev. ad C. d. l. de LL. abrog. Grot. *Introd.* ad ius Belg. part. ult. n. IV. Fallo tyrannidem ejus incusavit Molinæus de *Commerc.* n. 172. Rectius dicitur, quod commerciorum cursu & augmento impedimento sit. Conf præcipue DN. Thomas. d. *dissert.* & subito disparebunt, quæ habet Bachov. vol. II. d. 2. tb. 9. l. it.

§. 17. Obest consensui metus. Definiatur metus : vis imposita contraria voluntati L. 1. quod met. caus. Requiritur, ut metus sit præsens l. g. b. t. Hinc minæ non sufficiunt, nisi prolatæ ab eo, qui ad minas non progrederit, nisi executurus, cuique nec voluntas nec potentia desunt. Vid. Huber. b. t. *pral.* §. 2. & l. 7. *pr. b. t.*

§. 18. Justum esse metum decet, seu majoris rei impetum, quem repellere non possumus l. 2. b. t. Constantissimum plane hominem conturbantem metum exigit Cajus l. 6. d. t. Excluserunt hinc Icti metum reverentiaz l. 22. *de nupt.* potentiaz l. 6. l. b. infamiaz, vexationis l. 7. ff. b. t. De his tamen omnibus arbitratur prudens judex ex circumstantiis personarum, adjuncti periculi &c. Nec v. c. constantiam in idea supponit. vid. Gail. L. II. Q. 93.

§. 19. Tandem oportet ne plane quis vi quippiam abstulerit, vel aliquem dejecerit, quietem publicam turbaverit, sed ut extorserit tantum; Alias enim casus ad L. Jul. de vi spectat, vel vim bonorum raptorum, vel unde vi interdictum.

§. 20. Ratione personæ cui metus incutitur non distinguitur, adeo exosa civili jure omnis violentia habetur. Hinc libertus ingratus l. 12. b. t. plane fures adulterique, si in flagitio deprehensi promiserunt, restituzione gaudent l. 7. §. 1. b. t. Licet alia leges ipsorum sceleribus pœnam minentur. Aliter U. M. b. t. S. 11.

§. 21. Metus à magistratu incussus hujus loci non est, modo fines officii non exceedat pecuniā ab innocentē extorquendo l. 3. §. 1. b. t. Hinc à parte incutientis metus non jure licito, vel honoris, sed contra bonos mores illatus intelligitur d. l. 3.

§. 22. Licitus tamen non est metus, quo creditor debitorem adigit, ut ipsi solvat, vel possessorem, ut restituat rem in judicio reali. Ratio hujus prohibitionis est in l. non est singularis de R. I. pœna transgressorum est in l. 12. l. 13. b. l. 7. C. unde vi. l. f. ff. ad L. jul. de vi priv.

§. 23. Pro moderna hujus juris obseruantia adducitur natura rerum publ. & judiciorum constitutio, vid. Grot, de J. B. P. L. II.

e. 7. n. 2. R. I. de anno 1521. Rubr. wie es in Errung
der possess. jus Suevic. c. 3. 68. In Saxonia au-
tem id non usu servari testis est Carpz. P. III.
c. 33. d. 3.

§. 24. Excipitur à pena casus, ubi pro-
pter inopiam judicis ipse sibi creditor consu-
lere tenetur debitore jam se in fugam dante.
Struv. de vind. priv. c. 6. apb. 9. Immunem ab
hac legali pena pronunciant judicem sibi jus
dicentem contra verum debitorem Carpz.
269. dec.

§. 25. Effectus metus incussi non erat
nullitas contractus jure civili propter l. si mu-
tier b.t. sed petitio simpli cum fructibus & in-
teresse , quæ extenditur ad omnem possessio-
rem. Quod si quis ad arbitrium judicis non
restitueret , condemnabatur in quadruplum.
Si vero post annum utilem agebatur citra di-
scrimen solvebatur simplum.

§. 26. Sed cum ratio juris Romani d. l.
21. repugnet principiis juris naturæ , quæ &
promissario , non soli promissori , ut debite se
gerat , inculcant. Ut non videndum saltim
an præmissum , sed an adfuerit jus acceptan-
di , reætius dicitur , quod hodie metu gestum
nullum *

* Imo & Romani in manumissionibus & dotali pacto
non tantum , verum etiam in reliquis eo ipso , quod
contra quæb[us] actionem rep[on]endi ex metu da-
tam extensabant , nullitatem fatentur. Adcoque

nisi è corrupta sua morali disciplina solius promis-
soris personae rationem habuissent, non palliato
vocabulo in rem scriptam, sed apertius rei vindica-
tionem dixissent. Hinc & Huberus RESCIN-
DI h. l. à NVLLVM ESSE non ablude re putat
Quod vero dominii probatio non desideretur hic
exactior ex equitate est, ne turbulenti, facile nimis
re nostra nos privent. Cognoscit tamen judec-
tum nullitate.

§. 27. Quamvis actione in factum per-
petua, ubi sola vis & alterius possessio pro-
bantur, quia plura in libello non sunt expri-
menda, metu extortum † recuperamus. Sem-
per concipitur in simplum, quia binæ qualita-
tes, quod arbitraria hæc actio & quod pœ-
nalis cessant. ††

¶ Inde cedit & alia disputatio, an per L. f. C. de re-
stitut. in int. annus utilis, in quo ad quadruplum
olim actum fuisse diximus, sit mutatus in quadri-
rium, quod vult Huber. d. l. negat ad VV. Hahn.
b. t. n. 7. etenim nostra actio semper in simplum
hodie est & triginta annos durat arg. l. 35. d. O.
A.A.

Si est †† Quia hodie non amplius gemina sententia, sed
unica ferri solet.

§. 28. Datur ad rescissionem gesti l. 3. §.
9. b. t. & restitutionem metu extorti simul.
Neque enim opus, ut duplici judicio rescin-
denti & resscissori, fatigetur actor, uti Heig. P.
II. ad Donell. p. 764. l. T. Sed rescissio & resti-
tutio cumulantur. Huber. d. l. præl. distinguit
aliter

aliter DN. Coccej. *dissert. pecul. de hoc remed. sed ei* satisfacit DN. Pachenstech. *man. II. p. 50. seq.*

§. 29. Licet b. f. tertius rem extortam possideat nihilominus efficaciter hac actione convenitur. Heres autem tum demum tenetur, si aliquid ad eum pervenit, licet res ipsa non amplius extet. Modo alia ejus pretio comparata & heres ulla ratione locupletior sit factus *l. 16. §. 17. b. 1.* Plane de jure canonico modo heres hereditatem adierit indistincte teneri videtur, *vid. Rosbach. de compar. nat. jur. civ. & can. L. III. t. 25. compar. 4.*

§. 30. Subvertit quarto consensum dolus. Est hic res quotidiana experientia & proinde non definienda. Dividitur jure Romano in bonum & malum. In causam dannum & incidentem. Utterque ulterius in eum qui committitur in contractu b. f. & eum qui adstricti juris contractum accedit. Omnia fere in hunc usum, ut scirent actores an contractus esset nullus, an alia actione agendum & quanam.

§. 31. Dein an actio doli infamet, an hodie biennium, intra quod competit, in aliud tempus mutatum, an de re minima competit, an nunquam cum alio juris remedio & quae hic exceptiones &c. ab interpretibus iuris civilis operose querri solet.

§. 32. Sed hodie omni casu, quo quis alte-

396 *Tit. III. De Consensu ejus Divisione*

alterius factio circumventus per injuriam, actione in factum concepta damnum reparare possumus, quæ multo facilioris probationis est, per triginta annos competit & ad rem cum omni caussa restituendam datur. *vid. Sichard. ad l. 5. C. de dot.* Inde non opus erit istis questionibus enodandis diu multumque infudare.

S. 33. Ebrietas mentis inducit exilium, nec in ebriis ulla ratio *cap. crapula 14. X. de vit.* & honest. cleric. Hinc si probetur ab allegante, negotium gestum pro non gesto declarabitur *vid. Struv. Exerc. VI. §. 37.* Vinn. *de pac. c. 14. n. 3.* Præcipue, si ad potandum callide solum contrahens induxit.

S. 34. Ira, quia furor brevis est, idem de astu amoris dicendum, vel alio vehementiori affectu, restituendi caussam dabit. Omnes enim prostrato rationis dictamine ad impetu faciendum abripiunt, ad quod tamen serio consensu opus est. Licet non ita facilis hic sit probatio. Nec à damno dato excusentur.

S. 35. Jocus licet itidem obligationem pariat, ut alter indemnus servetur, consensus nihilominus excludit. Idem de simulatione dicendum, si contrahentes inter se negotium geri, vel gestum esse simulant. *Faber in C. L. IV. t. 17. d. 1.* Quod si tamen in fraudem legis sub negotio simulato aliud geritur: illud teatum

tectum non magis vires habebit, quam si fuisset aperte gestum. Tertius & hic servandus indemnisi. Modo commode semper fieri possit.

§. 36. De furore, alienatione mentis, vel alio naturali quocunque vitio, quod vel omnem intellectum corrumpt, vel parum luminis mentis relinquit, non est, ut prolixè dicatur. Impium enim est afflictis afflictionem actionem contra eos ex contractu dando, addere.

§. 37. Diximus in definitione non solum offerentis, sed & ejus, cui offertur consensum requiri vid. l. 19. §. 2. de don. Et quidem opus est, ut præcisè acceptet oblatum, non aliud, sive ratione qualitatis, sive quantitatis. §. 5. J. de inutil. stipul. sufficit tamen præcedens rogatio, quæ quam diu revocata non est durare & loco acceptationis esse censetur. Vid. Grot. de J. B. & P. L. II. c. XVI §. f.

§. 38. Excipiuntur ab acceptandi necessitate pollicitatio & votum, illa definitur: solius offerentis promissum l. 3. de pollicit. Fit civitati sive reipublicæ propter adeptos, vel petitos honores. Qui sine causa pollicetur, non obligatur. Rem tamen traditam vindicare nequit d. l. 3. §. 1. Quia tunc secuta acceptatio. Quamvis non inepte dicatur: in omni pollicitatione in antecessum civitatem per-

398 Tit. IV. De Personis contrahentibus.

per ipsas leges de illa, accipiendo voluntatem declarasse.

§. 39. Votum consistit in spontanea promissione Deo facta. Afficit personam ventis, non rem; bene tamen hæredem. Non obligat eum qui sub aliena potestate est, licet sit saltim sub tutela. can. 20. qu. 3. c. 2. vid. Schilt. jur. Eccles. II. l. 39.

TIT. IV.

De Personis contrahentibus.

§. 1.

CVm contrahere sit res indifferens, fru-straneum esset omnes hominum classes percurrere, quæ contrahere possint. Sim-plicissime dicitur, contractus, quemlibet licite contrahere, cui dispositio libera circa res & facta relinquitur, seu ut alii efferunt: contrahit qui consentire & se obligare potest. Vinn. de pæct. c. XIV. pr.

§. 2. Requirebant insuper Romani in sua stipulatione, ut quis esset præsens l. i. §. 1. de V. O. & ne quis pro alio stipularetur, §. 4. J. de inutil. stipul. quia, quæ ex nostra persona obligationis initium non sumunt, inanem nostrum actum efficiunt l. ii. de V. O. Sed redivimus ad simplicitatem juris Gentium, ut & inter absentes efficaciter contrahatur.

Gude-

Gudelin. de *Jure noviss.* p. 103. a. & alii per ali-
um obligatio acquiri posfit Cothm. *Reff.* 54. n.
87. 88. & Mev. p. IV. Dec. 112. n. 5. Voët. add. §.
4. *J. de inutil. stipul.*

† Non distinguebatur inter pactum liberatorium & obli-
gatorium. Excipiebantur lege civili personae pro iis
contrabentes, quorum in potestate sunt §. 4. de in-
util. stip. Item tutores & curatores, l. 15. de V.O.
Etiam qui absentibus a judice dantur arg. l. Man-
darii l. 12. in f. d. t. Negotiorum gestores l. pen-
de negot. gest. Quibus jure canonico c. 20. de us. in
6. accesserunt Notarius & judex.

§. 3. Excludimus tamen personas, quo-
rum consensum tit. preced. rejicimus. His ac-
cedunt prodigi, qui sibi quidem acquirere
sed aliis promittere non possunt, l. 4. de V. O.
Similes sunt his infantes, quorum contractus
claudicare jam diximus, §. 9 de inutil. stipul.
plane removentur servi, nisi in rem domini
paciscantur.

§. 4. Non vero hostes † l. f. de legat.
Malefici l. 29. de pan. Latrones l. 31. deposit. Hæ-
retici atque infideles, quia sciens eorum con-
ditionem paciscendo exceptionibus status re-
nunciasse videtur, ne nihil egerit, vid. Grot.
de J. B. & P. III. c. 19. Schultes. *pecul. tractat. de*
fid. heret. relig. servand.

† Non quidem indistincte, nam regulariter privatis
contractus cum hostibus plane interdicuntur. Li-
cita tamen manent pacta pro salute cum hoste ini-
822

ta, item captorum apud hostes si ad suos abitum stipulentur redditumque promittant. Adde Ziegler,
ad d. L. III. c. 19. Grot. de J. B. & Pac.

§. 5. Ex benignitate divi Marci l. 7. §.
 17. *de pact. constitutum est, ut pactum plurimum*
creditorum cum debitore de parte debiti sol-
venda initum præjudicet reliquis dissentien-
tibus. Estimat vero pluralitatem seu majo-
rem partem creditorum prætor non è numero
tantum, sed è quantitate crediti dignitate &c.
Nocet autem dictum pactum in quantitate
creditи remittenda aliis, non vero in ordinis
& privilegii prærogativa Mornac. ad l. 10. b. 1.

§. 6. Extenditur hoc debitorum leva-
 men ad inducias. Si enim plurima pars cre-
 ditorum moram indulxit, eandem nec reliqui
 inique ferre debent. l. f. C. qui bon. ced. pos.
 Cujac. II. observ. 10. Conslit. Imper. von verdorbe-
 nen Kaufleuten de anno 1540. Adde Mev. discuss.
 levam, inop. debit. c. 3. n. 355.

§. 7. Quod si plures promiserunt, vel
 stipulati sunt, vocantur correi. Hi credendi,
 illi debendi. Requiritur autem, ut promis-
 tant, stipulentur eadem rem. Ex eadem
 causa Schneidevvin ad pr. J. b. t. n. 1. Eodem
 tempore & in solidum pr. J. b. t. de duob. reis.

§. 8. Modicum tamen intervallum non
 obest l. duobus pr. l. 6. de duob. reis. Si altero
 die stipulatio repetitur, & qui pridie tacuerat
 respondet sicut adhuc duo correi Wesenbec.

ad h. e. paruit. Ut eodem modo promittatur opus non est, alter pure, alter in diem &c. recte promittit §. f. i. b. t. l. 7 ff. b. t. Neque nocet diversitas locorum obligationi correorum. l. 9. inf. ff. d. t.

§. 9. Verba: Samt und sondes neutquam sufficientiunt B. Thomæ de duob. reis. pos. iii. n. 28. vid. tamen Besold. Tb. præcl. voc. einer vor alle. Cautius agit minimum, qui distinctius & nominatim correorum obligationem exprimendam curat. Præcipue cum hodie post Nov. 99. c. 1. denturne correi taciti controverti soleat, quod negant Schulz. in Synops. ad I. b. t. l. a. Gothofred. ad authent. hoc ita C. b. t. Nec scrupulo caret exceptio si eadem res individua ut servitus à binis promissa, quam habet Sichard. ad l. 2. C. b. t. n. 1. vid. Schilt. b. t. §. 55.

§. 10. Pro constituendis correis non opus est stipulacione, vel alio peculiari contractu. Sed in quoconque, ubi plures simul id agunt, ut communem obligationem recipient, sive sint commodatarii sive depositarii sive alii: correi dicendi sunt l. 5. §. 5. commod.

§. 11. Effectus promissionis à correis factæ non est, ut quivis solidum solvat. Competit enim ipsis per dictam Nov. 99. beneficium divisionis. Nisi ei expresse renunciaverint, atque nominatim, vel alter correorum

402 Tit. IV. De Personie contrabentibus.

aut inops aut absens sit, Thomæ d. l. pos. III. si unus solverit, alter indistincte tenetur ad reddendum pro rata ex æquitate Perez. ad tit. C. de duob. corr. n. 12. Hinc non necessum est beneficium actionum cedendarum correis tribuere, vel cum tædio disputare, an & post solutionem creditorî factam adhuc cessioni locus sit.

§. 12. Sunt qui correis promittendi etiam beneficium ordinis applicant certis casibus. v. c. si pecunia forte ad unum correorum pervenit: verum l. 60. §. vestimenta D. locazi. l. 7. commod. quæ communiter adducuntur, id non probant. Utpote de correis diserte non agentes, vid. Goedd. de stipul. contrab. c. 9. concl. s. n. 128.

§. 14. Correi credendi, si unus novavit, l. 31. de novat. Acceptum tulit, vel hodie pactus est, vid. Dn. Thomas. ad Huber. J. b. t. alteri præpubdicat. Tenetur autem ad communicationem exacti crediti, licet correi non sint simul socii adde constit. Ottonis lib. 3. Landr. a. 36.

§. 14. Certo respectu prohibentur tantum advocati & medici, ne cum ægroto, vel cliente, de salutis restitutione, vel quota litis paciscantur. Vid. Cujac. L. VIII. o. 31. Dantur mille cautelæ, quibus hæ leges eludi possunt. vid. Brummer. ad L. Cinciam.

TIT.

TIT. V.

De Contractuum objecto.

§. 1.

OMnis contractus vel initur de rebus vel de factis. His enim duobus alteri prodeesse possumus. Et horum quoque vel utrorumque vel unius inopia s^ep^te laboramus, ut ad pacta cum aliis recurrere teneamur, vid. pr. I. de inutil. stipul. §. 2. de V. O.

- Potest addi Tit. XIII. L. I. quo speciatim de rebus alienari prohibitis actum, add. Sandium de prohibita rerum alienatione. Excellentiss. Slevogt. de alienat. dominii prohibita. Hic generaliter de omni pacto & ejus objecto agitur, prout praesedit ab alienatione & dominii retentione.

§. 2. Res, de quibus contrahimus, debent existere, vel certe sperari v. c. futuri fructus. l. 73. pr. l. 75. §. 4. de V. O. Nam rei extinctoria, vel quæ non extitit unquam, invalidus est contractus d. pr. de inutil. stipul. Nisi partes sciverint v. c. animal esse mortuum, & ejus adhuc sit aliquis usus, vel post moram factam mortuum sit. l. 38. de V. O.

§. 3. Sit præterea res in commercio, i. e. talis, quæ jure à contrahentibus haberi & possideri potest. Sufficit autem accipientem jus possidendi habere, licet promittens non

Cc 2 habe-

habeat. l. 34. de V. O. Huc refer res, quorum usus certis personis interdictus, ut : mancipium christianum, vid. Voët. ad t. §. 2. de inutil. stipul. n. 1. Cujac. ad l. 34. de V. O. Quodsi in commercio res esse definit, vitiatur ex postfacto stipulatio seu pactum l. 140. §. plasent. de V. O.

§. 4. Sunt quædam in tantum extra commercium omnis contractus, ut ne quidem in futurum eventum, si vendibiles factæ fuerint, pactum de iis iniri posse, v. c. liber homo, res sacra vid. l. 83. §. sacrum. de V. O. Quod civilis lex ad improba vota coercenda civium potissimum prohibuit.

§. 5. Res religiosæ, sepulcra sc. splendidiora, hodie non plane privatorum pactis eximuntur: dantur enim plura sepulcra, & monumenta hæreditaria, quæ licite in alios transferuntur, licite aliis communicantur &c. vid. Hop. ad 7. pr. & §. 1. de inutil. stipul. Enimvero de divinis rebus magis est, ut in jurisprudentia ecclesiastica agatur (conf. §. XI. tit. II. lib. I. supr.) ubi & de rebus spiritualibus.

§. 6. De pactis hæreditariis fusius jam expositum. Mera civilis ratio erat, & à moribus Romanorum gentis desumpta, quæ de futura successione pacisci vetabat. Certo sensu & de relictis in testamento nondum inspectis tabu.

tabulis conventio non poterat iniiri. *De quo ad T. ult. b. lib. in argumento transactionis.*

§. 7. De officiis ac muneribus, cum à summo Magistratu distribuantur, non est jurisprudentia privatæ audaciter præcepta dare conf. Linc. *Spec. differt. de hoc argum.* spectat tota quæstio magis ad prudentiam politicam, quam ad regulas justi.

§. 8. Illud addendum, debet res promissa non incerta nimis esse, vel ratione speciei suæ v. c. si animal promittitur, vel temporis v. c. donabo forsitan aliquando, vid. Dn. Thomas. *ad cap. 3. l. 2. Jurispr. div.* Utilis quoque sit oportet, alioquin enim non daretur actio ad eam petendam.

§. 9. Facti obligatio non est alia, quam dationis, quia & dare facere est & voluntatis ætus. Eadem media cogendi, ut: pignoris capio, carcer &c. quæ adhibentur ad dandum, adhiberi quoque possunt ad faciendum. Nullibi electio tribuitur reo velit ne facere, an interesse præstare. *arg. l. 28. de donat.* vid. Huber. *prælect. ad f. de V. O. p. 275.* & ante eum Cujac. *ad l. 2. de V. O. p. 187. l. c.* Eadem mens fuit ipsi Labeoni *l. 43. inf. de procurat.*

§. 10. Quod magis dicendum de præxi Germanica. Quia hi fidem semper ante libertatem duxerunt etiam in ludis, vid. Schilt *Exerc. VIII. §. 2.* Idque jamdiu ante Romani.

juris usum. Unde abrogatio moris hujus probanda. Quod sane per receptionem legum civilium fieri nequit. Cum, quia hæc juri nostrati consentiunt, tum quia salvis moribus receptæ, vid. supra proleg. §. 34.

§. II. Debet autem factum esse nostrum non turpe, non impossibile, non inutile, & non obnoxium ex alio capite jam alteri. Cumque sub facto etiam non facta comprehendantur suo modo, eadem iis applicanda sunt, v. c. si alteri per conventionem alienatio interdicta, vid. Sand. de probib. rer alien. c. 7. 8. 9.

§. II. Factum alienum, nisi quis se effecturum dixerit frustra promittitur l. 83. d. V. O. l. 66. de fidejuss. Exceptio est, si quis cum altero pro una persona habeatur, v. g. testator valide promittit factum heredis, vid. l. 38. d. V. O. Tuetur quoque Prætor pactum, si quis aliquem judici sisti promiserit l. 81. d. t. Si juramentum accesfit, præsumitur, aliquem se effecturum esse, simul promississe Covarruv. in c. quamvis p. 2. §. 4. n. 1. plane hodie non amplius distinctionibus opus esse, sed promissorem semper, ut efficiat teneri contendunt, Grœnevæg. ad §. 3. de inutil. stipul. Mantica da tac. Ambig. convent. XIV. 34.

§. III. De facto impossibili si pactum initur, uterque tam, qui stipulatur, quam qui promittit, edit signa non sanx mentis. Si

tamen, cui promittitur, ignoret alteri esse impossibile, tenetur promissor ad interesse. Si ex post facto impossibilitas accesserit, distinguendum: an in re præstanda, an in viribus seu facultatibus promittentis & ulterius, an casu, culpa, an dolo mutatio facta &c. *vid. Pufendorff. d. J. N. & G. L. III. c. 7.*

§. 14. Si turpe factum promissum, nec ante implementum agi, nec patrato facinore promissa pecunia peti potest, uti recte contra Grotium monet Pufend. *d. l. §. 9.* Res data autem non repetitur. Nisi sit solius accipientis turpitudo, vel unius dolus & nimia læsio alterius deprehendatur. *v. c. si meretrix ingenti pecuniæ summa emunxerit incautum adolescentem Pufend. d. l. add. t. t. de Condict. ob turp. causs.*

§. 15. Ad factum plane nobis inutile, frustra promittentem adigere conamur. Exceptio enim: tua non interest, repellit omnem agentem *arg. l. i. §. si quis, de aqu. quotid.* Poterit vero datum repeti, de quo infra.

§. 16. Tandem infacto promisso non debet jam alteri jus esse quæsumum. Nisi sub conditione quis promisevit, si alterius jus finitum. Modo finem præsentis obligationis quishoneste optare posfit. *arg. l. 83. §. 5. de V. O. l. 72. pr. de C. & D.* Exemplum est in promissione futuri matrimonii vivente conjugi

facta c. super hoc. c. significasti X. de eo, qui duxit
in matrim.

§. 17. Promissionibus facti utilissime adjicitur pœna conventionalis in casum non servatae fidei. Ita enim non opus erit interesse copiose demonstrare §. 7. de V. O. Quod & obtinebit si factum plane inutile promissum, arg. d. §. 7. C. l. 3. §. ff. eod. tir. Idem dicere, si factum promissum impossibile, modo non tale sit, ad quod jure & honeste non datur coactio. Quale non sunt hodie sponsalia, sed de his alibi vid. Mantic. d. l. t. 37. Hæc pœna adjecta non novat obligationem, sed arbitrio adjacentis committit, an ex pacto agere, ad pœnam adjectam petere velit. l. 10. §. 1. de pact. Non opus est, ut ad quantitatatem usurarum exigatur, quia enim non de sorte reddenda, sed de fide erupta agitur, omnino major adjici poterit Damhoud. prax. civ. c. 102. Neque vero licebit pœna semel adjecta probare, quod tanti actoris non intersit Voët. ad §. 7. de V. O. inf.

TIT. VI.

De Contractuum communicatione.

§. 1.

Contractus toties communicari dicuntur, quoties jura ex negotio ab alio gesto contra

tra nos agendi potestatem concedunt. Regulariter autem non concedunt. Cum ab eo exigenda sit solutio, à quo facta est promissio
arg. t. 1. C. ut nemo vican. pro alien. vican.
debit. ten.

§. 2. Fit tamen concesio ex variis capitibus, vel quia negotium nostrum gestum resque in nostram utilitatem versa de quo *tit.*
de N. G. vel propter personarum statum, qui personam sape personæ innescit v. c. servum domino &c. de quo *in jure personarum* vel ex natura negotii & generali præpositione, id quod potissimum in utroque commercio terrestri & maritimo accidit.

§. 3. Terrestri commercio præpositus dicitur institutor *t. t. de aet. inutil.* Quod enim ædificiis, linteis &c. * institores præponantur, de quibus *l. 3. l. 4. §. 7. l. 4. §. C.* id rarius accidere solet, nec diversitatem juris arguit. Dicuntur apud nos Factors, quibus accenset Huber. *b. t. præl. §. 2.* die Mäkeler / quia & hi aliorum negotiis curandis se dederunt.

* *Die etwas haufiren fragen circitores l. 5. §. 4. apud honestos biros addidit Paul. l. 4. b. t. Villici seu procuratores privatorum prædiorum institutoribus similes habentur, vid. Jacob Gothofred. l. 92. C. Th. De detur l. 12.*

§. 4. Datur ex contractu institutoris actio contra ipsum institutorem. Attamen requiri-
Cc s tur,

410 Tit. VI. De Contractuum communicatione.

tur, ut sciverit cum ipso contrahens eum esse institorem, vel, ut aperte hanc qualitatem præ se tulerit institutor, tunc enim contrahens ipsius potius, quam præponentis fidem secutus videtur vid. l. 6. §. de N. G. Dein contractum sit oportet de rebus institutori commissis, vel cum illis connexis Felic. de societ. c. 30. n. 20. Licet institutor denuo alium substituerit institutorem. Brunnem. l. 1. §. 5. de exercit. act. Ex delicto non datur Hahn. ad Wesenbec. b.t.n.4.

** Hodie à reliquis mandatariis institutor hoc passu non amplius differt. Nam & ex mandatarii contractu in mandantem utilis actio datur l. 13. §. si procurat. de A. E. Quod de praxi adhuc magis certum. Cum Romana hypothesis de non acquirenda obligatione per alium nunquam in Germania recepta, Schilt. b. t. §. 40. Mansit tamen in modo finiendi differentia.

§. 5. Contra institutorem datur actio ex contractu gemina ratione, vel ut de suo solvat, vel ut ministerium saltem in solvendo exhibeat, aut se institutorem esse probet. Illud, si nomine proprio contraxit, quod, ni aliud dixit, & contrahens conditionem ejus ignoravit, præsumitur, Menoch. l. iii. præf. 43. vel fines mandatæ præpositionis excessit arg. l. 6. §. ii. b. t. vel præponentes suum institutorem esse negant. Christin. iii. dec. 33. n. 9.

§. 6. Ut solvat de pecunia præponentis cogi-

tit. VI. De Contrahendum communicatione. 418

cogitur, si nihil dictorum egit, unde propriam fidem adstringere voluisse credibile sit. Sin hoc casu de suo solvit, non competit ipsi conditio indebiti *l. 44. de condit. indeb.* patet tamen ei regressus contra præponentem.

§. 7. Acquiririt nobis institutor tam res, quam actiones, contra contrahentes cum ipso, Schilt. *d. l. §. 40.* quotiescumque intentionem habet, licet, quod ut plurimum hodie fit, Coorenus *observ. XXVIII. n. 57.* qualitatem institutoriam non exprimat. Adeo, ut in concursu aliis creditoribus præferamur Leuvv. *L. III. c. 3. n. 9.* Qua ratione intentio probetur, vide sis eundem *ibid.*

§. 8. Finitur præpositio revocatione præponentis, modo ita fiat, ut à mercatoribus intelligatur. Quod itidem & de renunciatione institutoris dicendum, si hic amplius suo officio fungi nolit, *vid. Mantic. L. VII. t. 20. d. I.* Morte non finitur, quo ipso differt à communim mandato *v. l. 15. b. t. collat. §. f. I. mandat.*

§. 9. Cui navis cura & transvehendrum mercium committitur, magister navis dicitur. Et qui commiserunt exercitores. Non requiritur, ut sint domini navis, modo ad ipsos questus è navi redeat *l. i. §. 15. de exercit. s. t. §. 2. instit. quod cum eo, qui in alien. pot. neg. ges.*

§. 10. Si ipsi exercitores navim exercent,
fin-

412 Tit. VI. De Contractuum communicatione.

singuli, ut alii contrahentes, ex suo negotio
conveniuntur. Ni appareat, unum ex se pro
communi magistro elegisse eos, l. 4 pr. & §. 1. b. t.
Ipsi quoque navem exercere dicuntur, si com
munem servum magistrum constituerunt.
Secus, si unius servum proposuerunt, d. l.
q. §. 2.

§. 11. Si plures navem exerceant, per
quamcunque aliam personam quam servum
communem, jure civili tenentur in solidum l.
1. §. f. Quod moribus non amplius obtinere
testantur Leuvv. Huber. dd. ll. v. Grot. de J.B. &
P. 2. II. 13. Gail. II. 24. 9.

§. 12. Si plures sint magistri præpositi,
videndum an constituti, ut singuli, an ut con
junctim negotientur vid. l. 1. §. 13. Sed nescio,
annon quæstio inanis sit, cum teste experien
tia uni navi non nisi unus magister præponi
soleat.

§. 13. Obligantur autem exercitores ex
omni contractu magistri, modo magistro ta
liter contrahere mandatum l. 1. §. 7. b. t. Man
data autem hic itidem censentur, quæ sciente
& non contradicente exercitore fiunt, vel quæ
expresse mandatis connexa sunt d. l. 1. Stypm.
de jur. marit. L. IV. c. 15. n. 181.

§. 14. In pecunia mutuo sumta pro na
ve reficienda, si mutuum non mandatum,
speciatim requiritur, ut refectio sit utilis, in
eam

tit. VI. De Contractuum communicatione. 413

eam expresse , in debita quantitate , loco ad refectionem congruo , credita sit pecunia , Loccen. de jur. marit. L. III. c. 7. Ut actu pecunia in rem navis versa , probandum non est , l. i. §. d. t.

§. 15. Acquirit magister navis exercitoribus , ut institutor in §. 7. præc. Hinc non opus , ut actiones cedat magister , vel ut rem suam aliter servare nequeat exercitor , vel ut præfectus urbis extra ordinem succurrat . Totum enim Romanum commentum , de non acquirienda per alium obligatione vel actione , Germania nunquam agnoscit . vid. Schilt. d.l.

§. 16. Obligantur quoque magistri ipsi ex suo contractu ad instar institutorum , ut in arbitrio contrahentium sit , an exercitoria exercitorem , an actione è contractu magistrum pulsare velint . Quæ electio , utpote commerciis proficia , nec hodie sublata , Hahn. ad Wes. de instit. art. n. VI. utut differentiat Leuvv. d.l.

§. 17. Competit magistro potestas substituendi , etiam ignorante exercitore , imo plane eo casu , si exercitor ab initio , vel generaliter omnem , vel certi individui substitutionem interdixit d.l. §. 5. Si tamen contrahens prohibitionem scivit v. c. dum publice facta , &c. exercitor non tenebitur , arg. l. II. §. b. t.

414 Tit. VI. De Contractuum communicatione.

§. 18. Cum major utilitas commercii maritimi, quam terrestris, major quoque est magistri potestas, quam institutoris, v.c. quod exercitores obliget in solidum, quod tamen usum immutasse diximus, quod contra voluntatem exercitoris substituat, sine ejus jussu pecuniam mutam sumat, vid. Huber. de exercit. act.

§. 19. Hæc & præcedens actio utraque est perpetua, heredi datur & in heredem. Quod pro diversitate contractus nunc b. f. nunc stricti juris sit, non opus est, ut disputetur propter dicta i. i. b. L. §. 1.

§. 2. Cæterum non ad solos institutores & navium magistros pertinet communicatio contractuum, sed spectat ad omnes, quibus generali præpositione aliqualis negotiatio, vel administratio, vel cura commissa. vid. not. ad §. 3. supr. Et ad §. 4. ubi demonstratio.

TIT. VII.

De iis, quæ in contractu communiter præstantur.

§. 1.

Communia contractuum sunt fere: causus, culpa, dolus, metus, rei vitia, evictio, mora, usuræ, fructus, interesse &c. De dolo & metu convenientius dicebatur i. ii, fructuum tracta-

tractatio hinc inde inserta, & adhuc inseretur, de usuris, interesse & mora *tit. seq.* Igitur hic de præstatione reliquorum.

§. 2. Casus vocatur injure eventus, qui nulla diligentia humana præcaveri & prævideri potuit. *l. 2. §. 7. de administr. rer. ad civ. pertin.* *l. 11. § de minor.* Talis in nullo contractu præstatur, quia quilibet suum factum præstat, jam vero casus eventus est, damnum fatale, vis divina &c. non factum contrahentis. *vid. Medic. tr. de cas. fortuit. p. 1. q. 12.*

§. 3. Si quis speciali pacto casus fortuitos recepit, quin tunc teneatur dubium non est. *l. 9. §. 2. locat.* Nisi casus rarior & valde insolitus acciderit. *Med. d. tr. qu. II. n. 21. Menoch. lib. II. cent. 1. cas. 80. Gail. II. 23. 18.* Quamvis non negandum omnes casus esse insolitos & hanc distinctionem difficulter applicari, *vid. Pantzschmann. de locat. & conduct. part. 1. q. 1.*

§. 4. Præstandus itidem est casus si res estimata venditionis causa fuerit tradita. *l. 10. C. de jur. dot.* tunc enim accipiens factus est debitor generis, quod non perit, *Pantzschm. d. l. qu. 6. n. 36.* Taxationis gratia unice relevat ab onere probandi pretium & nunquam casum transfert *Rauchbar. p. II. qu. 29. n. 24. dissent. Franzk. ad tit. commodat. n. 44.*

§. 5. Culpa est factum citra intentio nem agentis alteri damnum inferens. Igitur in

in omni culpa bina respiciuntur: ut possit ostendi alicujus factum, nam alias frustra foret alicui facta imputatio, si auctor non esset demonstrabilis; dein requiritur damnum, quia facta innoxia nec in contractibus venuunt in disceptationem.

§. 6. Jureconsulti in ff. circa hoc argumentum non usi sunt unis formulis, mox enim custodiæ plenæ, mox diligentiae, quam diligens paterfamilias adhibet, mox quam diligentissimus usurpat, mox culpæ vocabulum latæ quidem & levis saepius, levissimæ autem non nisi semel in scriptis eorum legitur. Neque vero unum ac idem omnes senserunt, neque ullibi plenam hujus doctrinæ explanationem & divisionem dederunt, nec criteria singulorum membrorum ipsi potuerunt perspicue ostendere, uti nec illud, ubi diligens paterfamilias definat, diligentior aut diligentissimus incipiat, quid itidem de tot gradibus intermediis tenendum, & qua ratione ad tres hi infiniti reduci possint &c.

§. 7. Fundamenti loco ut plurimum substernitur l. 28. §. 2. Commod. ubi tres casus secernit Ulpianus, an unius dantis, an utriusque, an unius accipientis utilitas versentur, unde tres culparum gradus latæ, levis & levissimæ definiti, atque multæ regulæ cum multis exceptionibus conscriptæ,

§. 8. Primo casu non nisi lata culpa præstanda dicitur interpretibus, quia alia vocabula adhibet Ulpianus *d. l.* secundo casu levis, tertio levisima. Sed primæ regulæ est exemplum depositi unicum, exceptiones plures, tertiaz rursus unicum commodati & binæ exceptiones. In secunda regula non convenisse * veteres ostendit *l. 40. locati* ubi dignissimi patrisfamilias cura exigitur, cui adde *l. 54. de A. E.* ut taceam, quod ad hanc regulam non quadret societas.

* Nota quidem sunt Doctorum inventa, nunc enim culpam in concreto, nunc in abstracto considerari, nunc positivum cum superlativo commutari volunt, *bid.* Meier comment. de culp. Sed quis non videt, hâc ratione non sensum eferri, sed inferri, scilicet supponitur omnes JCtos Ulpiano consenserisse, hinc omnia tentanda ut demonstretur hic consensus, cum tamen nec ipse Ulpianus sibi perpetuo consentiat.

§. 9. Hinc simplicius diceretur culpari esse unius generis & ex prudenti arbitrio iudicis ubique ex circumstantiis determinandam atque semper ab eo, qui committit præstandam, uti sane, si mentem attendis exserte vult JCtus in *l. 25. §. 2. ad Scđ. Trebell.* Confer, omnino DN. Thomas. *dissert. de usu distincti. culp.*

§. 10. Poteſt tamen prudens Juris cultor pro rixa evitanda vocabula communia

adhibere cuilibet negotio. Modo in eo potissimum sui officii partem sitam esse credat, ut ex circumstantiis probè eruat qua negligentia, quave diligentia actor vel reus usi sint. Hoc peracto facillime vel latè vel levis culpæ vel aliud nomen, quod ex usu erit in gratiam communis opinionis adjicere poterit.

§. II. Contractibus onerosis permittatoriis adhæret obligatio, ut vitia indicentur à contrahentibus, Franzkius ad tit. de ædil. ad. n. 31. Quales sunt v. c. do ut des, divisio, datio in solutum, quia in his quilibet justè intendit, ut pro re sua æquipollentem accipiat arg. l. 52. §. 22. defurt. Quid sanè obtineri nequit citra vitiorum confessionem.

* Initio Romæ sufficiebat præstare vitia nuncupata, sed postea nec reticentiam jus civile amplius immunem esse voluit.

§. IZ. Sunt tamen sola vitia rei indicanda, non aliæ circumstantiæ externæ, quæ revelata alteri contrahenti lucro futurae essent. vid. l. 1. §. 1. de ædil. edit. Neque vero hæc indistincte, sed quæ usum rei notabiliter impediunt d. l. 1. §. 8.

§. 13. Quin imo frustraneum esset via alteri jam nota indicare. Non enim vietur esse celatus qui scit, nec certiorari debet qui non ignorat l. 1. §. 1. de act. emt. Sub notis non

non tantum intelliguntur, quæ v. c. sunt in re, quam paulo ante ab emtore comparavit venditor, sed quæcunque mediocri diligētia exhibita incurruunt in sensus arg. l. q. de jure & fact. ignor.

S. 14. Spectat hæc obligatio ad res omnes immobiles, mobiles arg. l. i. pr. de ad. ed. l. 4. C. eod. quia impedimentum usus ubique attendendu arg. l. quoties ff. d. r. Non restringenda quoque est ad rem principalem tantum, sed etiam accessiones ejusdem. l. 33. d. r. Modo de his in contractu dictum d. l. 33. Eadem dicenda si plures res in contractum venerint, ubi tamen præcipue respici solet, an separari commode possint arg. l. 52. de evict.

S. 15. In contractu autem benefico tale quid non exigendum. Ne v. c. donator suæ liberalitatis pœnam patiatur l. ad res 62. d. r. Excipe si cum insigni alterius detrimen-
to dolose versatus sit, ne quod benigne con-
tulerit fraudis consilio revocet sep. all. l.

S. 16. Illud quoque natura eorundem contractuum exigit, ut rem alteri ita tradi-
mus, ut habere eaque uti liceat ipsi, sive
fiat ex causa ad transferendum dominium
habili sive ex alia. Hinc si tertium è jure po-
tiore rem, cui dedimus, auferre contingat,
quod evincere leges civiles dicunt, damnum
datum ex hoc actu resarcire, quod evictio-

nem præstare rotundius eadem dixerunt, omnino tenemur. *l. de evict. & dupli. stipul.*

§. 17. Requiritur autem ut res sit actu evicta *l. 3. C. b. t.* si evicta est pro parte, sive proxima sive remota, pro illa parte agitur. Neque amplius hic distinctione opus vid. Brunnem. ad *l. 36.* & *l. 56. §. ff. b. t.* sive partes sint homogeneæ sive heterogeneæ, cum hæc sit segmentum interpretum, vid. Schilt. exercit. *XXXIV. §. 23.* Idem obtinet, si plures res venditæ vid. *l. 32. b. t.*

§. 18. Debet res evicta esse per sententiam judicis, non ex dominio eminenti, non laudo arbitrii *l. 56. §. 1. b. t.* non ex negligentia possessoris, non ex injuria judicis *l. 51. D. b. t.* Franzk. ad *b. 1. p. 1. m. 4. 5. 7. n. 786.*

§. 19. Præcipue auctori i. e. à quo rem accepimus, facienda est litis denunciatio vid. Franzk. d. *l. n. 656.* & seq. Tutissimum est hanc denunciationem facere statim initio processus, transmissa copia libelli cum citatione, & in scriptis, vid. Ummius disp. *II. tb. 6. n. 29.* Rivin. enunc. jur. p. 300. Franzk. d. *l.* Ubi VIII. ampliationes hujus cum epicrisi & totidem limitationes.

§. 20. Illo non opus est, ut ipsum rei dominium evincatur, sed sufficit hypothecam, usumfructum, fideicommissum vel aliud insigne jus in re evinci. Quibus casibus omni-

omnibus vel ex contractu, vel ex evictionis necessitate valide agitur : licet transferens dolose adjecerit, se teneri nolle l. 13. §. 6. deo

A. E.

§. 21. Non magis liberatur ab evictione, qui rem cum juribus, commodis ac servitutibus ad eam rem spectantibus vendidit. Quia in complementi stylum apud Notarios hæc clausula abiit, nec liberare potest ab eo, quod ex natura contractus sequitur. Hub. d. l. §. 20.

§. 22. Simpliciter hodie secuta evictione ab auctore datum restituitur. Dein interesse quoque, quod comprehendit damna, quæ inde patitur accipiens, & lucra, quæ moralitem jam certo ipsis delata vid. l. 13. rem rat. hab. l. 6. b. t. Ut tamen non excludatur arbitrium judicis, ne in immensum petitio excrescat Molin. tr. de eo, quod interest. Litis impensas non repetit, si obtineat, sin vero succumbit & hæc restituendæ, Franzk. d. l. n. 91.

§. 23. Frequentabatur olim stipulatio dupli, adhibita distinctione inter res pretiosas & contemtibiles. Ibi officio judicis continebatur, ut cogeret ad promittendum, hic vero simplum promittere liberum erat l. 57. §. 1. b. t.

§. 24. Cessat præstatio evictionis, si creditor pignus alienat, quia id procurato-

422 Tit. VIII. De usuris, interesse & mora.

rio, non suo nomine fecisse videtur. Nisi evictionem promiserit, vel periculum ante solutionem immineat, quo casu acquisituro suum retinere licebit, donec cautio ipsi praestata, idem d. l. §. 21. Eadem ad tutores curatores &c. qui alieno nomine agunt, extendenda. vid. Fab. in Cod. l. 8. tit. 31. def. 6.

§. 25. Cessat ulterius, si res ante evictionem casu fortuito periret l. 26. pr. b. it. in casibus, ubi defunt requisita §. 17. sequ. exposita. Si comparans rem scivit, quod alii oppignerata, quod dedit, nihilominus ex aequitate repetit, modo sit in rem accipientis versum, Gomez t. II. ref. c. 2. n. 42. f.

TIT. VIII.

De usuris, interesse, & mora.

§. 1.

Usuræ sunt accessiones debitæ quantitatis à jure determinatae. Comprehenduntur quantitatis vocabulo etiam alia res præter pecuniam l. 12. l. 23. C. b. t. Sed hoc loco eam fere unice designat. Nam si v. c. in deposito &c. usuræ exiguntur, id sit, si re amissa pretium solvendum l. 3. §. f. b. t. adeoque pecunia. Hinc, quoties alia res in pecuniae solutionem desituræ sunt, usuras recipiunt vid. l. 8. C. sic certa.

§. 2.

§. 2. In eo, quod à lege vel consuetudine usuræ mensuram acceperint, differunt ab eo, quod interest. §. f. J. de V. O. l. un. C. de sentent. que pro eo, quod interest, proferuntur.

§. 3. Divisiones in lucratorias, compensatorias, punitorias, vel in mordentes & non mordentes, exactas & mentales &c. vix ullum momentum decidendis controversiis adferunt, vid. Strauch. *dissert. jur. univ.*

p. 292.

§. 4. Debentur usuræ præcipue in contractu mutui, sed debentur etiam in contractibus aliis præc. §. 1. Imo debentur etiam in ultimis voluntatibus, fideicommissis l. 3. b. 17. l. 34. b. t. l. f. C. de usu. & fruct. leg.

§. 5. Non vero simpliciter propter debita usuræ debentur civili jure, sed tum demum, si pactum, si stipulatio, vel mora accessit l. 3. l. 4. C. de usur. pacto debentur in continentि contractui adjecto, si bonæ fidei sit contractus l. 5. C. de pact. inter cmt. & vendit. compos. Ex stipulatione demum in stricti juris contractibus. l. Titius P. V. d l. 3. 4. C. b. t. Hodie ex omni pacto Hahn. b. l. n. 47.

§. 6. Circa moram eadem est observanda distinctio dd. ix. Definitur mora: debiti solvendi vel accipiendo frustratoria dilatio l. 32. b. t. Leuvv. cens. for. lib. IV. c. IV. n. 21.

424 Tit. VIII. De usuris, interesse & mora.

vel est : Culpa non respondentis ad conventionem opportunam creditoris , aut debitoris Cujac. panit. ad ff. b. t. Aliter Forcatul. tr. de mora p. 1. n. 1. Ferretus de eod. arg. princ.

§. 7. Scilicet mora sumitur vel pro omni dilatione , ubi aliquid tardius fit ut in l. cum postulass. de damn. infest. l. etiam ut legat. uom. cav. Vel speciatim pro dilatione iniqua tantum inter actorem & reum l. sciendum b. t. Non autem requiritur , ut jam actio instituta , sed sufficit , ut institui possit arg. l. in refuriva l. ult. de condit. furt.

§. 8. Constituitur quis in mora , vel à lege , vel ab homine , & rursus vel in iudicio , vel extra illud. Lex nunc in favorem creditorum , ut fisci , ecclesiæ &c. nunc in favorem caussæ v. c. olim in judiciis bonæ fidei , in solutione dotis &c. nunc in odium ejusdem v. c. in furto moram ipso jure introduxit. Quod hodie plane ad omnia debita extenditur. Frustra distingue te Brunnem. vid. omnino Schilt. b. t. §. III. IV.

§. 9. Facto hominis vel debitor , vel creditor , in mora esse incipit. Illud , si certus dies solutioni ab initio adjectus. l. 12. C. de contrab. commiss. stipul. si interpellatio accessit . Hoc si debitor rem creditori debito tempore debitove loco obtulit realiter l. qui decem de solut. Schultz. tr. de oblat. c. 6. 7.

§. 10.

§. 10. Interpellatio sufficit unaica l. illud de peric. rei vend. facta per alium l. 24. §. 2. de usur. modo non verbis ambiguis vid. Menoch. de A. I. C. L. II. cas. 461. Plane non opus est interpellatione, si non extat, qui interpelletur. sed et si in f. b. t. Reliquæ exceptiones v. c. si jurato promissum erroneæ sunt. Ferret. d. l. p. 185.

§. 11. Tandem in judiciis constituitur mora per L. C. quoad omnes effectus l. videamus §. si actionem ff. de usur. Item si judex in sententia diem solutioni dixit l. 2. C. de usur. rsi jur. Tessaur. decis. 212. Sed priore casu hodie per sapientia dicta sola oblatio libelli cum petitione citationis sufficiet, vid. supr. p. 129. §. 8.

§. 12. Effectus moræ commissæ sunt præstatio ejus, quod interest l. si sterilis §. cum per vend. de act. emt. fructuum, usurarum &c. Translatio periculi l. 82. §. 1. de V. O. non tam indistincte Bachov. V. II. D. 3. ib. 5. l. 4. Perpetuatio obligationis l. 93. §. 1. de V. O. Respectu creditoris morosi speciatim amissio juris petendi l. si debitor. ff. de solut. & obligatio de solo dolo præstanto imposterum à debitore. d l. quid cum de solut.

§. 13. Purgant moram difficultas faciendo modo sit insuperabilis l. 2. §. pen. si quis

426 Tit. VIII. De usuris, intereste & mora.

in iudic. non affectata d. l. 2. Non liberat tamen ab obligatione præstandi æquipollens l. 14. §. 2. de constit. pecun. vel pretium l. 137. §. 4. de V. O. Nec lucrum quæsituro prodest arg. l. f. C. de codit. l. impossibilis d. V. O.

§. 14. Cum per oblationem cæteris partibus creditorem planè in mora constitui dicatum sit, multò magis dicendum, quod moram debitoris purget. Potest hæc oblatio, modo fiat cum omnibus accessionibus, omni tempore fieri etiam post L. C. §. 2. de perpet. & temporal. action. l. 14. de noxal. act. Si tamen ipso jure res amissa v. c. non soluto vectigali merces, non soluto canone emphyteufis, jus per moram quæsitum oblatione non aufertur, creditori l. 2. C. de jur. Emphytevt. Berlich. p. II. concl. 46. n. 47. l. 23. d. R. V.

§. 15. Purgat autem oblatio non eodem sensu moram quo difficultas. Nam hæc plane à præterita mora excusat. Oblatio saltem à futuris moræ effectibus liberat. Interest enim & jam debitæ accessiones nihilominus solvendæ sunt, atque hoc modo intelligimus Imperatorem in cit. §. 2. de perpet. & temporal.

§. 16. Præter conventionem & moram usuras ex singulariæ æquitatis ratione interdum præstari Jeti ex l. 10. §. 3. l. 12. §. 9. mandati &c. evincunt. Verum ad singularem æquitatem ratione certorum negotiorum hodie non amplius

plus recurrentum, cum legem seu consuetudinem solius carentiae utilitatis rei suae rationem hodie a primo momento habere, nec amplius mora legalis certos casus recensendos, verum generalem regulam formari posse, jam §. 8 ex Schiltero adduxerimus. Rationem secessus in praxi a jure Romano, *vid. ibid.* Leeuvv. d. l. n. 16.

§. 17. Conceduntur R. J. 1577. tit. von wucherlichen Contrachten quicunque praxi tamen semisses tolerantur, plane alicubi septounces & bessies *vid. Leuvv. d. l. n. 9.* distinguitur, quoque inter mercatores & alios, Judæos & Christianos. Licet ultimum non arrideat Heig. p. II. qu. 2. In pecunia trajectitia propter periculum, promittere licet usuras pro ratione periculi. Christin. III. dec. 47.

§. 18. Jure Civil. si sortem superant usuræ, vel repetuntur, vel sorti imputantur l. 26. §. 1 de Condiç. indeb. Quod tamen intelligendum de usuris nondum solutis l. 10. C. b. t. quæ quidem abrogata est per Nov. 121. c. 2. ubi indistincte etiam particulariter solutæ usuræ ad liberationem debitori prosunt. Sed prævaluuit praxi denuo in usum revocata d. l. 10. Letivv. d. l. n. 38. & quidem justis de caussis Huber. b. 1. §. 28. Quod ulterius confirmant præjudicia Facult. Lipsiens. Witteberg. & Francofurtanæ apud Richt. dec. 74. n. 90.

§. 19. Usuræ usurarum omni jure fere prohibentur l. 28. C. b. Carpz. p. II. c. 30. d. 33. Richter. d. l. n. 82. Ne quidem pupillo solvuntur Sand. III. 14. 6. Sed an non nova pactione inter debitorem & creditorem in sortem converti possint? ita non sine ratione videtur Mevio discuss. Levam. inop. debit. cum allegatis quæ enim de accessionis accessione sine absurditate non ferenda adferuntur, abstractiones inutiles nimis redolent. Adde l. licet de jur. dot.

§. 20. Qui dicta non observat incidit in crimen usurariæ pravitatis. Pœnas vid. Comp. Lauterb. b. t. junctim omnes habere locum docet Beyer b. t. sunt tamen multæ exceptions v. c. Potest pœna contractui in casum violatae fidei usuris longe amplior adjici à cauto creditore, ne incidat in usurariam pravitatem Schilt. b. t. §. 10. excepto mutuo vid. supra. Imo & quanta sit malitia debitoris, quis status creditoris prudens judex justa aestimatione ubique pensabit.

§. 21. Cæterum sunt jure communij ex natura accessiorum usuræ sorti ratione prælationis &c. æquales, propter rationem in l. 18. qui pot. in pignor. bab. Quod non placuit Saxonibus Richter de privil. cred. c. VII. n. 43.

§. 22. Illud quoque ratio fori introduxit, extincta actione ad petendam sortem ordinata, nihilominus usuræ adhuc separatim peti

peti possint. Licet creditor accipiendo sortem protestando jus sibi non conservaverit, quod vult Carpz. d. l. D. 12. Ratio *supra* declaratur L. 1. t. 9. §. 16. not.

§. 23. Qui usuris sortis contentus esse non vult, recurrit ad probationem interese. Et vicissim, qui interese probationem nimis difficultem existimat ceteris paribus legitimas usuras petit. vid. Carpz. p. II. c. 30. d. 8. 9. imo licet usuræ in stipulationem deductæ sint, nihilominus ad interese probandum creditor admittitur. Coler. de process. execut. p. I. O. n. 101.

§. 24. Definitur interese, quod ex patrimonio abest, arg. l. 38. d. O. & a. Quam locutionem perspicue explicat DN. Thomas. de usu. act. pæn. c. 1. §. 18. Plenius describitur: discrimin, quod inter eam conditionem, quæ in re familiari alicujus, vel antea fuit, vel omnino futura erat, & eam, quæ nunc est, per alterius culpam interest, Hotomannus de eo, quod interest ab init. Non solum damnum emergens, sed & lucrum cessans complectitur arg. l. 13. ff. rem rat. haber.

§. 25. Quamvis vero sub interese etiam ipsa res principalis intelligatur l. 1. de att. emt. plerumque tamen notat, quod extra premium inest, l. 139. de V. S. l. 4. §. in eum. de damn. inest, sive lucrum, sive damnum.

§. 26.

§. 26. Requiritur autem, ut lucrum sit moraliter certum, non in futuro eventu positum & à fato dependens l. 13. §. 3. de act. emt. ut revera culpa contrahentis subversum non proprio facto, aut alia ratione. Ut ne pecuniali affectioni & propensioni debeatur, imaginarium velutiq; interesse sit vid. l. 35. de minor. l. si servum ad L. aquil. His concurrentibus non amplius opus est videre sitne magnum an parvum interesse.

§. 27. Illud tamen jura attenderunt in casu, si ex rei vitio alterius interesse cœpit, ut scientiam excerent à reo, l. jul. d. i. Nisi talis fuerit contrahens, qui artis peritiam profitebatur. l. 9. de locat.

§. 28. In aestimando interesse nunquam duplum veri pretii excedendum esse ait l. un. C. de sent. quæ pro eo quod inter. prof. Cujus exempla adducit Huber. b. t. n. 32. Restinxit autem regulam ad interesse ambiguum & obscurum Hotomann. ad d. l. in interesse perspicuo semper ad veritatem non ad duplum respiciendum esse monens. Quæ binæ regulæ pro aestimando interesse ex l. 21. §. 3. de act. emt. & l. 133. ad L. Aquil. desumuntur præoccupatae sunt §. 26. inter requisita.

§. 29. Subiecta esset doctrina de fructibus, sed actum est, de his passim sparsum. Reliqua vocabula v. c. causæ, accessio-

cessionis &c. vid. in compend. Lauterbach.
& hinc inde apud alios in Lexicis Juridiçis ex-
plicata.

TIT. IX.

De Mutuo.

§. 1.

Mutuum est contractus realis, quo in res fungibilis in aliud transfertur hac lege, ut vicissim rem ejusdem generis & bonitatis recipiamus. l. 2. f. b. t. Res & contractus hic eodem nomine appellantur, id quod omni contractui reali v. c. deposito, pignori, commune. Vultej. L. 1. jurupr. Rom. c. 30. Treutl. V. 1. D. 24. tb. 1. L. A.

§. 2. Dicitur contractus realis v. 1. §. 14. 15. supr. Hodie par i ratione quidem, quamdiu nondum ex meo tuum factum, mutuum dici nequit, arg. l. 2. §. 2. b. t. vid. §. 6. t. 2. supr. promissum tamen mutuum & promittens præstare, & promissarius accipere, propter vim pactorum, tenebuntur. Recht L. 1. art. 7. jus Suev. c. 12. Quamvis practice ultra interest cum efficacia vix agatur, ob diuturnitatem processus nostri.

§. 3. Contrahitur mutuum de re fungi-
bili, cuius definitionem recensent commun-
ser:

ter : quæ pondere , numero , & mensura constat. Borcholt. de reb. cred. D. II. §. 2. Hunn. P. 1. q. 6. Sed foro nostro accommodatior est allata supr. t. 21. L. II. §. f. quæ solis rebus , in quas cadit affectio , fungibiles opponit. vid. Huber. præl. ad I. de obligat. real. §. 1. inf.

§. 4. Quod res ita detur , ut plane similis , non eadem recipiatur , secernitur mutuum à permutatione , quæ diversi generis rem reddere , & à reliquis contractibus realibus , qui eandem præcise restituere jubent. Figmentum Salmasii à Leetio denuo in scenam productum convellit Huber. d. l. n. 3.

§. 5. Quis mutuum dare & accipere posset , abunde præoccupavimus t. XIII. L. 1. Et t. 4. b. L. in princ. §. 3. proprius spectant huc ecclesiæ , civitatis , pupilli , minoris , personarum aliarum , quibus curator datus , privilegia. His enim omnibus tum demum cum effectu repetendi creditum , mutuo datur , si versio in rem earum probari possit. vid. prolix. II. M. b. t. a §. 16. ad 45. Strauch. de mnt. civit.

§. 6. In favorem parentum & odium fœneratorum speciatim Macedoniano Sæto constitutum est , ut ne quisquam , cuiuscunque conditionis sit , filiofamilias pecuniam mutuam absque patris sui consensu dare audeat. Et si hoc neglexerit , ne ullam petitidem,

nem, post mortem etiam patris habeat. C. b. t.
Franz. ad ff. b. t. n. 7.

* Jam quidem lege Lætoria minoribus 20. annis stipulationes & promissiones interdicebantur, §. Hotomann. in indic. LL. Roman. Littera L. Ad ejus prohibitionem Terent. in phorm. act. II. sc. 1. aliusisse verosimile est. Quo loco decep-
tus Alexander l. 1. gen. dier. c. 7. Sc̄ti no-
ſtri incunabula reperiisse existimavit. Enimvero
cum dicta lex fenus & mutuum non ita diserte
interdiceret, luxuria adolescentum & fenerato-
rum avaritia denuo coercenda fuit. Quod
fecit partim lex Claudia §. Lips. ad L. II. annal.
Tac. §. ne in mortem. Distinctius autem Sc̄tum
noſtrum tempore Vespasiani. §. Hottomann.
rat̄. de Senat. & Sc̄t. Verb. Sc̄t. Maced. Extat
ſimilis prohibitio in capitular. Francic. L. VII. c.
CCCCIV. tom. I. Baluz. p. 1092.

§. 7. Requiritur solus contractus mu-
tui propter l. 3. §. 3 b. t. pecunia, non alia-
res l. 7. §. 3. b. t. ignorantia creditoris l. 3. in pr.
ut filius fam. sit paganus l. f. §. 1. C. 1. Ne pater
consenserit, vel in rem ipsius versa sit l. 2.
C. d. t. comparatio ornmentorum non suffi-
cit l. 9. §. 2. ff. d. t. Ne dolose egerit filius fam.
Ne, postquam paterfamilias factus est, de-
novo agnoverit creditum. l. 9. dereb. cred.

§. 8. Vim suam huic Sc̄to hodienum
relinquendam esse statuit Gomez. II. Resol. 6.
n. 2. Ita, ut plane intra mutuum non contineat-
tur, sed ad omnem habilem contractus speci-

He em,

em, si modo fraus intentata fuerit, extendatur Dessel. in not. ad Zoëf. Inst. b. t. n. 12. De Saxoniam testis est Carpzov. p. u. conf. u. d. 44. Ad de Leeuvv. L. IV. c. 3. n. 11.

§. 9. Attamen cum major factus, separatam economiam hodie instituendo, è patria potestate exire soleat filius: obtinebit tantum respectu minorum Greenevv. ad pr. C. b. t. vid. pluribus B. Simon special. dissert. de cessation. bujus Scti Gothofr. de Jena iust. de hoc Sct. Richter. dissert. de eodem.

§. 10. Obligatur itaque debitor ad restituendum secundum §. 4. Quodsi tamen mutato consilio eosdem nummos, præstito indemni creditore, reddit, nihilominus mutuum contractum est arg. l. 8. pr. mand. l. 9. C. de res. vend. Et hinc cessat potestas vindicandi in concursu creditorum.

§. 11. Non potest creditorem cogere, ut particularem solutionem l. 41. de usur. accipiat. Nisi non liqueat de aliqua parte crediti l. 21. de R. C. vel debitor plures heredes reliquerit l. 85. §. 5. de V. O. vel propter insignem calamitatem antecedentem aliud ad tempus certum constitutum sit.

§. 12. Multo minus aliud pro alio solvi potest. Utriusque ratio est in l. 2. de R. C. b. t.

*E*s in indecīn. supr. §. 1. Nec ante diem, nisi adje-
-tus sit, debitoris gratia l. 137. de V. O. l. 70. de
-sol. Id quod in dubio præsumitur. l. 41. de V.O.
l. 17. de R. J.

§. 13. Olim non plus condici poterat,
quam datum *supr. d. t. 1* §. 14. licet pa&to pro-
mitteretur. Quod nec hodie mutatum censem
Huber. d. l. quum nec olim stipulatione licet
accedente, plus promitti potuisset. Enim-
vero hoc male probatur ex l. 6. 7. de Novat. ibi
enim per unum contractum non mutuum in-
telligitur, sed stipulatio Gothofred. ad d. l.
In hac autem fundamentum obligationis non
certa res, sed sensus verborum constituit. arg.
rabri. t. de V. O.

§. 14. Mutuum hodie suapte natura
usurarium esse, non solum §. 9. & 15. tit. prec.
diximus generaliter, sed speciatim probatur
per R. I. 1654. §. Anreichend die künftige Zinsen.
Quamvis ad rixas evitandas in chirographo
soleat exprimi Landübliche Zinsen.

§. 15. In nummo tamen v.c. ne argen-
teus pro aureo, minutior pro grossa &c. solva-
tur, exprimendum est Stück vor Stück/ harte
Mthlr. vid. ordin. monet. Ferdin. 1559. §. die jetzt ge-
melte Nieder-Sächsische Münz. Edict. 1568. Bö-
cker. de jur. monet. passim. Si enim dictum nach
gangbahrer Wehrung / nach gänge und äuber-

Münze &c. vel nil conventum, sufficit in qualibet specie usuali currente mutuum reddere. vid. Carpz p. II. c. 29. d. I. 2. 3. sequ. Thom. de mutuo §. 45.

§. 16. Si mutati fuerunt nummi sive in Schrot und Korn/ sive an der Wardirung inspicitur tempus contractus in Camera Imperiali Mynsing. cent. 4. o. 1. n. 4. Nec non in Saxonia Carpz. d. I. c. 28. §. 3. 4. sequ. Imo & alibi si nihil constitutum, quia communi consuetudine hæc decisio recepta dicitur, vid. Hotomann. Illustr. qu. 15. Molinæ. de contract. usur. q. 92. Richt. dec. 72. Berlich. p. II. c. 36. n. 1. Covarruv. de vet. numism. potest. c. 7. §. 1. n. 3. Sed vix erit provincia, quæ non speciali constitutione in hac materia gaudeat. vid. U. M. b. t. §. 12. ubi cautela re integra adhibenda.

§. 17. Docet satis debitoris obligatio, quæ actio & ad quid ex mutuo detur. Vocatur certi condic̄tio, quia certam estimationem habet, quæ hæc petuntur, item actio si certum petatur l. i. de condic̄t. trit. pr. I. qu. m. re contr. o. Sed hæc appellatio & aliis competit, vid. DN. Thomas. ad Hub. t. de trit. cond. Hinc specialius dicitur nostra actio ex mutuo l. 5. C. qu. non obj. long. temp.

§. 18. Mutui species est Bodmeria seu mutuum sive domino sive magistro navis datum, ut cum usuris reddatur & interea carina seu

seu fundus quamdiu superest pro hypotheca
constituta sit Ordin. naut. Hanseat. t. VI. & ibi,
Curike. Schilt. Exercit. XXXV. §. 14.

§. 19. Differt à pecunia trajectitia seu
fœnore nautico, quod in hoc periculum sit,
creditoris, in Bodmeria vero debitoris. Nisi,
quod tamen dubio caret, exerte periculum
in se recipiat creditor Marquard de jur. merc.
& commerç. L. II. c. 8. n. 68. l. 2. l. f. ff. de naut. fœn.
Quamvis ut plurimum praxi Bodmeria peri-
culum includat Huber. de fœn. naut. §. 1. Loc-
cen. de jur. marit. L. II. c. 6. n. 9. Grænev. ad
l. 26. §. 1. C. de fœn. naut. Vid. pluribus de his t. 23.

TIT. X.

De Commodato.

§. 1.

Commodatum est contractus realis, per
quem ad certum usum rem alicui gratis
concedimus, sub lege, ut eandem prorsus
nobis restituat. C. I. A. b. 1. n. 3. De vocabulo
reali repete integrum monitum §. 2. tit. prec.
Neque enim hic amplius agi posse, quam de
indemnisatione natura rei suadet vel medio-
criter attento, si saltim promissum commo-
datum.

§. 2. Res quælibet, quæ usum citra sui
destructionem præbet, in commodatum ve-

Ee 3 nire

nire potest. Etiam aliena , ad acquirendam actionem commodati l. 16. *commod.* non vero, ut domino præjudicetur arg. l. 31. *depositi* , vel, ut si mala fide factum , ab omni ratione redienda immunis sit arg. l. 74. de R. I. l. 25. ad Sct. reb.

§. 3. Commodatur etiam liber homo, quatenus operæ ipsius ad nos spectant v. c. commodatur à principe alii artifex. v. Sichard. *ad rubr. tit. C. de commod. n. 2.* De servis commodatis plurimi sunt textus. *vid. l. 2. C. b. f. l. 13. l. 18. l. 5. §. 7. ff. eod.* Qui propter idenditatem rationis ad servos germanorum seu homines proprios applicandi sunt , cum plane traditi legantur *vid. c. 10. Ziegli de dot. eccles.* quod magis est *commodato*.

§. 4. De personis speciale non occurrit, sed è generali contrahendi facultate æstimantur *arg. l. 1. §. 1. l. 23. b. 1.* Si res pluribus commodata, tum demum singuli in solidum tenentur , si vel pæcto ita conventum , vel socii sint, vel si unius tanquam sibi noti fidem commodans fecutus sit. *vid. supr. l. 7. sequ.*

§. 5. Jus commodatarii est, ut re possit modo convento uti. Si tempus non adjectum æstimatur illud ex usu concessio , Richt. *de contract. dis. 4. th. 1. l. c.* Si adjectum & elapsum, contractus finitur Sichard. *C. ad l. 2. commod. n. 1.* Licet casu fuerit impeditus *commodarius* Mozz. *quib. m. fin. comm. n. 6.*

*71a

* Jure Saxon. & Erecht L. 2. art. 60. art. 5. § 2. L. III.
plane dominium in commodatarium translatum
fuisse cult VVeserb. ad ff. n. 7. Sed in dictis textibus
saltim periculum penes commodatarium esse &
jus vindicandi si alienaveris commodatum com-
modanti non competere, dicitur. Propter equi-
simas rationes, licet non sint ad palatum Carpz.
p. 11. c. 26. d. 5. Dominium autem adhuc com-
modantis esse perspicue definit d. art. 5. verbis:
Worladen seu Guth zu vertreten. & supra t. IX.
L. I. in f.

§. 6. Obligatio commodatarii est ut com-
modatum ipsum, finito temporis usu, illibat-
tum restituat omnem diligentiam, ne deterio-
retur adhibeat, si deteriorata ipsius facto, da-
mnum resarciat l. 3. § 1. b. 1. l. 13. de v. 5. Imo si
commodans insigniter deterioratam recipere
nolit, aestimatio erit praestanda Erecht. d. art. 5.
verb. unverderbt &c. vid. l. 50. de R. I. Bachov.
ad Treutl. v. 1. disp. 24. tb. 2. l. f.

§. 7. Tenetur merito ad omne interesse
arg. d. l. 50. Hinc si res commodata ut oppi-
gnoretur, non tantum reluenda est, sed cre-
ditore moras negetente in restitutione, propri-
is sumtibus rem per viam juris recuperare te-
netur l. 5. §. 1. 2. b. t. Inde & loci ratio habe-
tur Scacc. de commerc. §. II. Gl. s. n. 196.

§. 8. Neque sufficere puto, excipere
commodantem scivisse commodatarii socor-
diam. Cum, quod hæc scientia non sit vera

causa damni, sed socordia alterius, tum, quod propriam turpitudinem inani ausu allegaret, qui de propria turpi socordia excipere vellet.

§. 9. Si utraque res commodatarii propria & commodata salva esse nequit, commodatam præferre tenetur. arg. l. 13. C. mand. DN. Thomas de culp. c. 1. §. 41. c. 2. §. 17. Absque distinctione sitne pretiosior, annon quia hanc distinctionem commendat tantum prudentia, non vero justitia, quæ rem facto meo periisse & hinc estimationem præstandam esse inculcat. vid. DN. Beyer. b. 1.

§. 10. Cujus de jure Germanico periculum fuerit vidimus ad §. 5. sed in foro nostro periculum est commodantis, Richt. de commod. d. D. tb. 2. Illud tamen usu servatur, quod furti non teneatur commodatarius, qui justo diutius re usus est. Edtrecht. L. M. art. 22. quia nihilominus rem è manu sui commodantis accepit de quo infr. tit. de furt. Traduntur hujus variæ sed ineptæ limitationes v. c. si culpa præcesserit &c.

§. 11. Si actor rei culpam allegavit, eam probare tenetur, quia facti est. Hinc cautius agimus ad restitucionem rei simpliciter, ut reus de casu excipere cogatur, vid. Schilt. ad tit. Naut. caup. stabul. Sunt tamen eventus, qui culpæ præsumptionem elidunt, sunt

sunt qui regulariter culpam præsupponunt.
Unde & è circumstantiis temperanda probatio.

§. 12. Commodantis jus est, ut propria & inopinata necessitate superveniente, rem ante finitum usum repetere possit arg. l. 8. C. de revocand. don. Hahn. b. t. n. 13. Obligatio in hoc contractu benefico respectu ipsius est paulo remissior. Hinc tantum doli & insignioris negligentiarum, expensarum itidem majorum nomine convenitur. l. 18. §. 2. b. t. Restituit pecuniam pro re commodata furto ablata à commodatario acceptam in casu l. 17. §. f. & dannum ex intempestiya revocatione eratum d. l. §. 3.

§. 13. Hinc oriuntur binæ actiones, quæ ex dictis facillime intelliguntur. Dantur commodanti etiam furti & legis Aquilæ actiones sed prioris non usus est ob §. 10. posterior ideo, quia hodie non amplius pœnalis est de quo *infra*, supervacua pariter habetur. Inde frustra sunt quæstiones, an una electa pateat regressus ad aliam, vel annon minimum superlieri possit, quod in altera amplius erat &c. Aliter itidem sentiendum hodie de actione furti, contra furem rei commodatae à commodante instituenda. Nisi enim inops fuerit commodatarius, vel res commodata rarior, & facilis recuperata à fure, propter pinguedinem actionis furti, quæ sane moribus nulla,

Ee 5 nun-

nunquam fere ab actione commodati desistet prudens commodator.

TIT. XI.

De Deposito.

§. 1.

Depositum est contractus realis, quo res alicui gratis custodienda datur sub lege, ut quando deponenti visum, eadem illæsa restituatur. *vid. §. 3. 7. qu. m. ne contr. De voce realis nil addendum dictis §. 2. t. 9.* Gratis recipitur custodia, alias incideret in locationem, nec posset pro lubitu revocari *arg. l. 19. §. locat.* nisi soluto promisso.

§. 2. Custodia variat pro moribus regionis, seculi & rebus datis in depositum. Nunc enim exactior, nunc minus operosa diligentia sufficit, *vid. omnino Pufend. L. V. c. IV. §. 7. DN. Thomas de culp. c. 1. B. Schilt. b. 1. §. 42.* Inde frustra sunt, quotquot una generali regula rem efferunt. Prudens judec optime ex dictis & aliis circumstantiis arbitrabitur. Plura exegerunt jura Germ. *vid. Schilt. b. t. sed obsoleta.*

§. 3. Restituenda est res pro lubitu deponentis, cum depositarius nihil lucri capiat ex hoc contractu, sed potius officium amoris deponenti exhibeat, quod invito fieri nequir.

arg.

arg. l. 69. de R. I. Habet tamen regula nostra non unam exceptionem, ut: in l. 31. pr. §. 1.c. ne quis C. 22. q. II. vid. Cic. L. III. de offic. c. 25.

§. 4. Est facienda restitutio in loco ubi convenit, fin nil dictum in loco, ubi depositarius habitat. Fit autem sumtibus deponentis licet depositarius promiserit se v. c. Romæ restitutorum l. 12. pr. b. t.

§. 5. Regulariter commune temperamentum ex l. 105. de sol. in reddendo deposito non habet locum, sed celerrime, ocissime restitui debet, l. 3. l. 11. C. b. Croc. de depos. n. 8. p. 218. Nisi natura rei ut in Casu §. præc. & similibus suadeat, ut ob loci distantiam &c. certus terminus judicis officio præfigatur.

§. 6. Neque sub prætextu compensationis morari licet restitutionem, quippe quæ plane in deposito prohibita §. 30. j. de act. Nov. 38. b. Si autem res ipsa deposita amplius non extet culpa depositarii perempta, ut pretium nunc solvendum, compensatio ceteris paribus locum habebit, quia favore rei unice interdicta erat, qui re extincta cessat d. §. 30. f. Quod ibidem dicendum videtur, si quis pecuniam deposituit & ejus usum depositario concessit, quia nec hoc casu favor rei, inesse potest quæ alterius usui & abusui relicta est. vid. Balduin. ad d. §. 30. j. de act. Lauterbach. b. tit. §. 11. n. 9. Et ibi alleg.

§. 7. In depositarium citra pactum nec possesio nec utendi potestas transit l. 9. de R. V. Tacite tamen concessio videtur etiam facta, si pecunia non obsignata tradatur, vel numeretur l. 25. §. 1. l. 31. b. t. Nihilominus haec tacita concessio non usque adeo immutat depositum, ut omnia privilegia amittat. Sed concedens, omnia emolumenta atque jura, quæ expresse concessio non destruit, sibi reser-
vasse videtur, vid. Molin. tr. de usur. n. 690.

§. 8. Quod itidem dicendum si ab initio expresso pacto utendi potestas facta, tunc enim licet in mutuum transeat l. 9. §. f. de R. C. sit tamen, quoad periculi præstationem, salvis depositi privilegiis aliis L. B. de Lynk. de privil. depos. §. 20. Struv. Exerc. XXI. th. 36.

§. 9. Jure civili, qui re deposita ute-
batur proprio ausu nec consensurum sperabat
deponentem furti tenebatur, ob distinctionem
furti in rei, possessionis & usus semel re-
ceptum vid. §. 6. l. de obl. ex del. ibique Dd. Sed
hoc Germanos non agnoscere §. 10. t. præc.
dictum. Insigni dolo tamen accidente depo-
fitarium infamia notari posse tradit Grœnev.
ad d. §. 6. vid. Constat. Carol. art. 170. ibique
Stephan.

§. 10. Deponitur res propria & aliena
zui tit. præc. §. 2. De re immobili non conve-
niunt DD. deponi posse negant Guldinaſt.

de

de depos. §. 17. Wissenbach. b. t. Huber. ad f. qu. m. re contr. obl. Struv. d. Exerc. tb. 35. Giphan. in l. un. C. de prohib. sequ. &c. Affirmant Franzk. n. 6. b. t. DN. Thomas. ad Huber. d. t. Bachov. l. 26. 4. lit. d. Lauterbach. compend. b. t. ibique alleg.

* Momentum controversiae est in prestatione culparum, si enim interventus rei immobilis mandatum constituit, erit praestanda culpa levissima à custodiente, sin depositum manet, sufficiet dolum cum culpa lata præstitisse. l. 32. b. t. Sed vid. supr t. VII. Ceterum posterior opinio indubie verosimilior est, cum non possit solida differentia ratio ostendi. Imo rei servanda caufsa immittitur in immobilia l. 3. §. f. de A. A. P. servare autem idem significat ac custodire Hlabn. ad IV. b. t. n. 4. Ubi autem custodia locum habet ibi ē depositum. Neque verendum, quod peritura sit differentia mandati ē depositi, nam hoc traditione demum perficitur illud consensu ē verbis mandatum inferentibus. Inanis quoque ē ratio Cortreji de depos. quod utilius sit mandatum inire quam depositum. Hoc enim respectu mandatarii aperte falsum est. Ut taceam ē illud falsum esse, quod homines ubique utilissimum sectentur.

§. II. Deponitur etiam persona tam sui, quam alieni juris l. 17. b. t. l. no. ē V. S. res dividua & individua. Usus in eo est, quod posteriori casu res non restituenda, nisi omnes deponentes adsint, quod heredes depositarii hic obligationem non dividant, sed pos-

possidens in solidum teneatur vid. l. i. §. 24. b.
priori autem casu & cuilibet deponenti sua
portio dari potest, & heredes pro rata con-
veniuntur. Hic, qui suam portionem auferit,
eam lucratur, ibi vero, quod & dicendum si
plures species depositæ, semper tenetur ad
communicationem propter singulorum con-
dominium, quod citra proprium factum ipsis
auferri nequit.

§. 12. Hodie si alius depositus, ut mi-
hi actio acquiratur valebit contractus. Pro
curatore deponente itidem necessitate ceden-
di actiones caremus. Quatenus feminis
contractum hunc inire liceat, vid. Schilt. b.s.

§. 13. Oriuntur hinc geminæ actiones,
principalis & secundaria l. 17. §. 1. b. t. Illa de-
ponens rei restitutionem cum fructibus & ac-
cessionibus l. 31. §. 1. Resarcitionem damni,
pro re nata jurej. in item Goldast. d. l. §. 48.
Usuras ex mora, vel paeto l. 2. C. b. t. l. 29. ff.
eod. urget. Plura extant. l. 1. §. 38. l. 43. eod.

§. 14. Dabatur & ad pñam in casu de-
positi miserabilis Franzk. d. l. n. 99. quæ pñna
generaliter quidem cessat. Grænev. ad l. i. §. 1.
b. t. speciatim tamen jure Wurtenberg. & sta-
tut. Norico renovata est. Infamiam con-
demnationem hodienum sequi probat Carpz.
§. IV. c. 45. d. 10. Richt. II. d. 80. De privilegiis
depositi, vid. L. B. de Link, d. l.

§. 15. Secundaria datur depositario, ad refusionem expensarum & ut servetur indemnus. Sed hodie potest rei depositariæ incumberere, donec ipsi satisfiat. Quod nec contrariari §. 30. l. de act. solide ostendit Balduin. Idem prolixius demonstrat Schilt. b. t. §. 60. ubi ratio inf.

§. 16. Species depositi sunt, regulare, irregulare, miserabile &c. vid. Giphan. ad §. 3. l. eo m. re. conir. sed adjiciamus saltēm sequestrum, quod est depositum rei litigosæ apud tertium à litigantibus factum, sub conditione, ut diligenter custodita victori aliquando restituatur Richt. de sequ. c. 1. n. 1.

§. 17. Requiritur ut res à pluribus deponatur l. 17. in solidum d. l. Neque obstat, quod unus saltim possederit & factum depoñendi obierit, sufficit enim, quod alter litigans se quoque dominum dicat l. 9. §. 3. de dol. mal. Tandem, ut sit litigiosa c. 2. §. 3. X. de sequestr. poss. vel, ut litis caussa minimum sit deposita. arg. l. 6. b. t. conf. Huber. b. t. n. 2. Mobilis sit immobilis, corporalis incorporalis non interest d. c. 2. 3. X.

§. 18. Dividitur in voluntarium, quod partium consensu & necessarium, quod auctoritate judicis constituitur. Ultimum regulariter pro contractu non habent Huber. b. t. Wesenbec. conf. 7. n. 7. Sed auctoritas magistrorum

stratus accedens non tollit naturam contra. Etus arg. t. t. de divis. stipul. Gœdd. ad c. 5. n. 80. x. de sequestr. poss. Imo & parti inde actio sequestraria quæritur sicuti in conventionali, vid. Cujac. in paratit. ad l. 1. de prohib. sequest. pecun.

§. 19. Regulariter sequestratio judicialis est prohibita, quia nil debet auferri ei, qui nondum plene convictus & judicatus est, vid. Gothofr. ad t. de prob. sequestr. C. Theodos. fine distinctione sit ne pecunia an res alia, uti adversus Cujacium solide monstrat Gothofr. d.l. Add. Ungep. ad t. de sequ. poss. in 6.

§. 20. Excipiuntur tamen casus, ubi periculum dissipationis Gail. l. c. 147. 148. Fugæ Decius conf. 75. n. 1. ne partes veniant ad arma, Bachov. D. 26. tb. 2. Berl. concl. 73. n. 106. Item si pars nec comparere, nec cautionem præstare velit Gilhaus. in arb. jud. c. 10. n. 13. Si fisco debetur l. 3. C. de execut. R. I.

§. 21. Fit judicialis præcedente citatione, cum summaria causæ cognitione & probatione Berlich. d. l. præcedente juramento calumniæ petentis Clud. de sequestr. c. 6. inf.

§. 22. Sequester tenetur rem custodire more boni patrisfamilias o. 2. X. d. t. Hinc fructus colligit, res pro re nata vendit &c. Clud. d. l. c. 11. Sequester non possidet arg. l. 6. depos. l. 39. de acq. poss. vid, tamen Struv. Exerc. 57. tb. 31.

Tene-

Tenetur finito sequestro rem cum omni causa restituere, rationes reddere.

§. 23. Sequester indemnus servandus.

Hinc in rebus magni momenti plane salaryum ipsi constituitur. Pro cuius consecutione uti potest retentione, vel actione præscriptis verbis seu in factum. Bocer. b. 1b. 30.

TIT. XII.

De pignoratitio contractu & jure pignoris.

§. 1.

Pignus denotat rem alteri in securitatem debití datam §. f. de obl. real. Vocatur etiam hypotheca arg. rubr. Quæ res pign. aut. hyp. l. 5. §. t. eod. tit. Quainvis exactius dicatur pignus in re mobili & quæ traditur, hypothecam in re immobili, quæ tantum assignatur consistere §. 7. de act. l. 238. de V. S. Confer Pufend. L. V. c. x. §. f. & distinctius Balduin. ad §. 7. d. t. n. 26.

§. 2. Sumitur utraque vox etiam pro jure, quod creditorí competit in re oppigne- rata ut in rubr. t. 1. 2. 6. L. XX f. Hoc jus au- tem securitatem potissimum pro norma ha- bet, quam pignoris finem esse diximus. Quæ complectitur facultatem agendi omnia, quæ

Ff

ad

ad receptionem & assēcurationem crediti faciunt.

* * *

Dominium jure Germanico in creditorem transisse contendit Strauch. de oppign. Imper. Verum illud quidem constitutum jure eodem fuisse ex infinitis LL. apparet, ut cuius contrahendo fidem elegeram, ei quoque dein praece adbarerem. Ideo, ut custodes rerum alienarum, cum ipsis soli responderemur, eo magis obligarentur ad fidem diligentiam. Sed de dominio translato nil exerte dicitur conf. not. ad t. x. §. 5. Interim creditores, uti hodienum sit, sapis rem sub lege retrovenditionis accipere maluisse, non raro contractus plane irregulares initos fuisse, de fructuum quantitate lites cessasse &c. non eo inficias. Minimum jus sanæ rationis, quia pignus tantum accedit in securitatem, que ab utramque parte intenditur, huic vero satis consultum, si creditori potestas vendendi competit aquis conditionibus; dominium quod sepe v. c. si res casu perit ipsi non solum, creditori non addicit. Cui respondet ius Ebraeorum sed de his forte alibi fusiū.

§. 3. Primum est jus vindicandi, sive actio hypothecaria, qua creditor rem oppignoratam adversus quemcunque possessorē persequitur. Dividebatur olim in Servianam & quasi servianam §. 7. de act. Sed præctice inter utramque non interest.

Ini-

* * *

Inicio Romani utebantur contractu fiduciario, quo
res tradebatur & eventuale creditori dominium
addicebatur v. Straub. de oppign. Imper. Postea
contraētu pigneritio invaleſcētē dabatur quidem
actio ex hoc contratu contra debitorem ad pignus
reſtituendum, ſed non contra tertium. Inde prae-
tor in edicto jus agendi dedit. C. Servius Sul-
picius formulam conscripsit, vid. Balduin. ad d.
§. 7. ut contra tertium agere liceat. Hotoman.
de pign. p. 29. f.

S. 4. Secundum jus creditoris eſt, ut
poſſit vendere & quidem vel rem, ne re ſepi-
us ipſi inutili oneretur & ut ſuum conſequa-
tur. Venditio extrajudicialis multis ambagi-
bus implicita eſt. Hinc expedit auctoritate
judicis vendere, vid. Struv. XXVI. 48. Vel
quoque tantum jus ſuum pignoris, quæ ven-
ditio ſolemnibus caret Hotoman p. 89. d. l.

S. 5. Quandoque neceſſario vendere
cogitur jus ſuum, ſi adſit, qui jus offerendi
habet, quo caſu iudex auctoritatem ſuam in-
terponit v. l. scienda ff. b. t. jus offerendi autem
habere dicitur dominus l. f. l. 8. C. eod. creditor
alius ſeu concreditor l. 5. §. i. l. 6. b. t. poſſessor
rei pigneratæ quilibet, extraneus licet fit,
l. paulus qui pot. pign.

S. 6. De prærogativa tenendum, quod

Ff 2

pi-

pignus ex instrumento publico, præferatur. Carpz. p. 11. c. 13. d. 9. si privatim constitutum ubique attenditur prioritas temporis Gail. II. 25. vid. tamen Carpz. I. 28. 120. Simul si constitutum, tunc melior est conditio possidentis, nisi sit constitutum per partes, vel plane nil dictum l. 10. de pign. l. 16. §. 8. eod.

§. 7. Divisiones sunt in pignus proprium de quo hactenus & impro prium seu fiduciam. Sed hæc obsoleta est, vid. Hotomann. d. l. p. 17. sic arrha aliquatenus, si non in pecunia consistit hoc referri potest arg. l. ex emto §. 15. qui vinaff de A. E.

§. 8. In generale & speciale. Quamvis hæc distinctio magis sit hypothecæ. Hæc enim vel in omnibus bonis debitoris, vel in quibusdam tantum constituitur. Sub illa continentur etiam acquisitiones futuræ l. 1. C. quæ res pign. Excipiuntur tamen quædam res ut : in l. 6. b. t. de pign. Nisi speciatim comprehensa sint vid. Sand. L. III. 1. 12. d. 9. Quod quæ revocabiliter possidet debitor, non in perpetuum generali hypotheca teneantur, per se patet vid. l. 16. §. f. de pign. alt.

§. 9. Sunt hujus variæ differentiæ, in generali, si res singulas petit creditor, potest excipere debitor, quod non fint ipsius, donatio uxori facta, non revocata censetur, si res postea generaliter oppigneratæ, alienatio

pro-

prohibita in generali hypotheca, non reddit venditionem rei singularis nullam, & in genere minus rem afficit, ut v. c. si res pervenit ad tertium aliqua, debitor principalis prius excutiendus. Quæ omnia in speciali hypotheca se secus habent, vid. Negusant. de pign. p. 4. sequ. Cautelas habet DN. Stryk. de C. C. p. 198.

§. 10. Pignus est vel voluntarium, vel necessarium. Illud vel ex conventione vel ex testamento seu generalius, ex ultima voluntate. Hoc ex lege, vel ex auctoritate judicis vid. l. 26. de pign. att. descendit Balduin. de pign. e. III.

§. 11. Conventione bifariam constituitur, vel accidente traditione l. i. de pign. att. vel nuda conventione. Nam & si quis constituit, se pignus daturum, propter utilitatem valet l. 14. §. 1. de confit. pecun. Hinc & inter absentes recte pignoratitia obligatio contrahitur l. 12. §. 1. de pign.

§. 12. Speciatim ubi traditio accedit, contractus vocatur pignoratius. A quo initi possit, declarat finis pignoris, securitas. Unde & de rebus judicari potest: in quibus creditor securitas constituitur in iis hypotheca seu pignus contrahitur. Recte itaque futuri fructus, fetus pecorum l. 15. de pign. superficies, ipsum pignus l. 13. §. & in superficie d. 10.

d. t. pignori subjiciuntur. Non autem servitutes personales arg. l. 6. C. de usuf. De univeritate obligata vid. Hotomann. c. l. p. 61.

§. 13. Nomen recte pignori datur. Consequitur autem pignerator utiles actiones illud exigendi. In tantum autem saltem in quantum sibi deberi & debitorem oppigneratum debere probaverit. Ne vero pignerans interea nomen exigat denuncia da est debitori oppigneratio vid. l. nomen C. que res pign. obl.

§. 14. Pignore pignori dato, primo debitore solvente pignoris nexus utrinque tollitur, si tamen diversa species debeantur, tunc pignus respectu primi quidem liberatur, res vero ipsa data secundo creditori loco prioris, pignori est vid. l. 13. §. cum pign. de pign. l. debitor §. f. de pign. act. l. 20. de pign.

§. 15. Liberi hominis oppigneratio jure civili prohibita l. f. ff. que res pign. Socin. Reg. 218. Exceptionem adjecit Constantin. ratione parentis summa egestate laborantis l. 2. C. de pair. qui fil. de statu libero est in l. 13. §. 1. ff. de pign. Est tandem & aliud in obsidibus, de quibus Schilt, dissertat de jur. obsid.

§. 16. Jure Germanorum novum genus accessit per introductum pactum obstagii. Definitur conventio jurata, vel aliter data fide confirmata de sistendo & non recedendo ex certo

certo loco donec conventis satis fiat, Richt.
de obstag. §. VI. vel est pactum moribus intro-
ductum & legibus provincialibus stabilitum,
quo debitor aut ejus fidejussor promittit cre-
ditori, si ad tempus conventum non solvat,
se cum certo comitatu in locum assignatum
venturum neque inde discessurum, donec
plenissime creditori satisfactum, Strauch. de
obstag. Tabor. de obstag. c. 2. n. 7.

§. 17. Habet hoc pactum omnino effe-
ctum pignoris, & qui se obligat illo, corpus
suum pignori obligat, ut solide ostendit
Schilt. de jur. obstd. c. XI. n. 10. Hinc & si obstagia-
tus in obstagio decedit, corpus defuncti tam-
diu detinetur donec creditor plene suum
consecutus, Richt. d.l. §. 38. Mev. discuss. levam.
inop. debit. c. 4.

§. 18. Propter abusum autem obstagia,
ut ut olim vid. Constat. polit. 1548. tit. von wucherl.
Contraet. Ldr. L. II. art. II. permitterentur, suc-
cessu temporis abrogata sunt Constat. polit. 1577.
tit. 17. §. riewohl auch Constat. Saxon. P. II. §. 22.
vid. Hering. de fidej. c. 17. n. 69. Carpz. d. pen.
d. constit. Gail. II. 46.

§. 19. Recentum tamen idem jus in Hol-
satia vid. Constit. apud Volcmann. p. I. c. 33. In
Electoratu Brandenburgico. Ducatu Mega-
politano &c. vid. Tabor. d. inct. c. 4. Nec o-
pus de justitia hujus retentionis vel injustitia

disputare, quod facit Tabor. d. l. Cum talis legislatoria potestas, statibus Imperii imperii competat, vid. DN. Thomas. de potest. stat. condend. LL. Rec. Imp. contr.

§. 20. Adjiciuntur saepe pactum antichreticum & Commissorum &c. Illud in pignore proprio dicto, ut plurimum immobili. Non in hypotheca, nec regulariter in re mobili. Consistit autem in conventione de mutuo pecuniae & pignoris usu l. u. §. de pign. l. si ea lege l. si ea passione C. de usur. l. si pecun. de pign. act.

§. 21. Antichresis ad modum legitimarum usurarum tacite quoque inest, si res quæ fructus fert pignori accepta, pecunia gratuito data. Neque interest, quod civiles saltim fructus percipientur Cujacius O. XVII. L. VIII. arg. l. cum debitor ff. in quib. causs. pign. tac. contrab. Si nimium usuras fructus superant in omni antichresi imputantur in sortem, Rauchbar. l. 20. 38. Carpz. II 30. 41. Sin certi redditus, omnimoda æqualitas requiritur, Rauchbar. d. l. Berlich. O. II. dec. 170. Confer C. C. DN. Stryk. II. 4. 21.

§. 22. Pactum commissorum, quo convenitur, ut credito suo die non soluto, res maneat apud creditorem, jam per Constantinum l. f. de pact. pign. rejectum fuit. Valet tamen si adjectum fuit: justo pretio. Vel magis utiliter

tiliter, pro rixis evitandis ; pretio à Titio definiendo. Vel pretio jam à bonis viris ante traditionem definito, &c. Confer Merlin, L. 4.

t. 4. q. 123.

§. 23. Pactum constituti hypothecæ tantum convenit, in hoc promittitur, quod in casum non servatæ fidei debitor non suo, sed creditoris nomine hypothecam possidere velit, vid. Mev. p. V. dec. 158. & sequ. Competunt hinc creditori statim remedia possessoria retinendæ vel recuperandæ possessionis, pro diversitate circumstantiarum de quibus L. 1. t. ult.

§. 24. Sed hæc plerumque in gratiam creditorum. Debitor autem adjicit pactum, de non alienando. Sed cum hoc naturæ pignoris securitatise contrarietur, non excludit alienationem judicalem. Vel quoque privatam, si quis ter denunciare velit debitori intra spatium arbitratum. vid. Hahn. ad W. de distr. pign.

§. 25. Oritur gemina actio ex hoc negotio pro creditore & debitore. Hic agit è pignoratitio contractu, ut creditor soluto debito pignus reddat, cum omnibus commodis l. 12. §. 1. de distract. pign. Ut damnum datum refarciat, si culpa factum §. 1. l. qu. m. re connab. Speciatim, si res frugifera oppignerata ad reddendam rationem non obstante antichresi,

vel renunciatione. Si debitor pecuniam depositum, ad usuras propter moram in restituendo l. 9. §. t. b. Si venditum pignus ad superfluum pretium itidem cum usuris l. 6. §. b.

* * *

Suadent hic ut quis potius rem sub pacto retrovendendi emat v. DN. Stryk. C.C. D. t. Sed hic monendum, si quis uititur hoc remedio caveat, ne faciat ad eludendas leges usurarias. Tunc enim parum sibi consulet, v. Bachov. V. I. d. 28. ib 7. L. C. Tuld. ad C. tit. plus valet quod agitur &c. Interim si quis judicialiter utatur eo, saltim, ut rationum molestias & disputationes de fructibus percipiendis declinet non carebit insigni utilitate, praे intricatissimo contractu pigneratilio. Modo propter laudemia &c. faciles essent homines ad hoc ineundum.

§. 26. Vicissim agit creditor ad sumptus utiliter factos, l. 12. §. 9. b. si jure retentionis uti nequeat v. c. quod res aliena fuerit & evicta, ad restitutionem damni vid. Bachov. de pign. L. III. c. 9. Si res aliena pignori data locum quoque habet hæc actio l. 9. pr. b. Sed melius consilium suggestit Schilt. §. XV. b. t.

* * *

Datur hæc actio, quia est ex contractu tantum contra debitorem Schilt. d. l. Negusant. p. 2^o 2. n. 6. d. l. sed annos in factum actio detur contrapterium b.e.

b. e. talis in qua sufficeret rem adorem oppigno-
rassse, atque solvisse probare? ita sane videtur
per l. si cum venderet b. t. Uſus est ut quis super-
ſedere poſſit, vel probatione dominii ſepiſſime mo-
raliter imposſibili, vel deducendis publicanæ re-
quiritis.

§. 27. Quot modis legale pignus con-
ſtituatur exponit Schotan. in exam. b. t. ubi
quatuordecim modos recenſet. Ultra leges
non eſt extendendum. Comprehenditur ta-
men ſub lege confuetudo. Casum habet
Schilt. ad t. qu. m. tac. pign.

§. 28. Pignus à judge conſtituitur per
arreſtum ante ſententiam & proceſſum. Vel
poſt ſententiam, ſi pars condeſtrnata ſenten-
tia parere recuſet, per captionem pignorum,
miſſionem in poſſeſſionem l. 2. 3. C. ſi in cauſa
judicat. Utrumque coſmodius explicatur in
materia proceſſus.

TIT. XIII.

De Emtione & Venditione.

§. I.

Introductio rerum prētio eminenti ſive
pecunia, introducta eſt emtio venditio.
Definitur contractus conſensualis vid. ſupr. t.
i. §. 17. b. de re pro certo pretio in alium trans-
ferenda.

§. 29

460 Tit. XIII. De Emtione & Venditione.

§. 2. Perficit ergo unicus consensus dicto modo contractum. Inde ubi hic deficit adhuc contractus censetur imperfectus i.e. ut partes nondum invicem exinde agere possint, nec periculum transferit. Deficit vero dupliciter, vel quod partes adhuc versentur in tractatibus de quibus tit. II. §. 10. supr. b. Vel quod speciali negotio tacita conditio subsit.

§. 3. Quamvis vero tractatus non sint emtio, tertius tamen non debet intercedere. Imo si venditor iis abruptis cum tertio concludatur, tenetur ad interesse vid. Schilt. Exercit. XXX. §. 134. Licet multum hic dandum esse circumstantiis atque probationem saepe difficilem fieri facile videamus.

§. 4. Tacita conditio subest in rebus, quæ sensu prius explorandæ v. c. vino, odoriferis &c. de quibus DN. Stryk. *de jur. sens.* Dein si ad mensuram res vendita. Igitur in his omnibus supponitur: emam si gustavero, si appensum mensuratum &c. præcipue hic formulæ, quibus quantitas adjecta secernendæ. Tres refert idem de C. C. p. 343. v. Fr. d. A. E. n. 104.

§. 5. In immobilibus praxi variorum locorum accessit judicialis resignatio. Non quidem, ut ea nondum secuta, pœnitentiæ licentia competat, Mev. ad Jus L. 3. a 61. Sed, ut in concursu præferatur cui resignatio facta, vid.

Carpz.

Carpz. L. V. Rep. II. & XL. Item, ut dominium in censiticiis transeat. Carpz. dd. ll. Accesserunt Leu. Kauff und Hass. Pfennig moribus vid. Bebold. tb. pr. v. Hass. ps. Neque simile quid jure Romano plane incognitum l. n. §. 6. de aet. emt. vend.

§. 6. Sed talibus non absolute opus, adhibentur tantum in majorem securitatem l. 35. de emt. Inde multo minus pœnitendi licentiam, arrha spontanea amissio parit. Ni expresse ita conventum l. 6. C. de res. vend. Lauterbach. dissert. de arrba. §. 100. sequ. Vel consuetudo, aut statutum ita definiant.

§. 7. Opus est secundo pretio, quod in pecunia minimum ratione conventionis ab initio consistere debet, licet post alia res detur. Imo licet communi consensu confessim alia res aestimata interveniat, quo casu pretia mutuo compensari censemur. Secus tamen dicendum si res in aestimatæ utrinque apportantur, quod permurationem constitueret, vid. l. 1. §. 1. b. t. l. 6. §. 1. de aet. emt. l. 1. de R. permut. C. ibique. Wissenbach. Si partim res partim pecunia data, nec de intentione contrahentium constet, praesumitur emtio Huber. pral. ad l. §. 8. Alter Franzk. b. t. n. 211. B. Struv. Exerc. XXIII. tb. 16. Usus hodie non est in jure pœnitendi, sed laudemio jure retractus &c. vid. Franzk. de laudem. c. 18. n. 34. Carpz. II. 32. 15.

§. 8.

§. 8. Requirunt in pretio quoque iustitiam, propter l. 2. C. de rescind. vind. Vid. de his, supr. t. III. §. 9. sequ. Certum autem sit oportet l. 35. §. 1. b. Imo ex definitione liquet §. 1. adducta. Est hæc certitudo vel ex lege, consuetudine loci, vel ex relatione ad determinatam jam quantitatem l. 7. §. 1. b. aut arbitrium tertii certi, modo hic illud postea definiat l. f. C. b. t. Vel tantem ex conventione contrahentium. Potest tamen augmentum esse incertum, modo pretium certum, exemplum est in l. 7. §. 2. b. t. v. Mudæ. ibid.

§. 9. Ultimo in pretio opus veritate, alias enim emtio foret imaginaria vid. l. 54. de O. & A. Subsistit tamen contractus jure donationis l. 9. C. b. t. Modo contrahentes donare non prohibeantur. Exceptio tamen venditionis uno nummo factæ validæ est in l. 66. de jure dot.

§. 10. De merce, repetenda sunt dicta generatim tit. V. b. tit. XIII. L. 1. §. 2. Speciatim huic contractui eximuntur frumenta, quæ in herbis sunt, uvæ pendentes Reformat. 1548. z. von Vorfauff. der Frucht. &c. 1577. ubi certa forma præscribitur, vid. Groenew. ad l. 78. §. f. b. t. Sand. L. M. t. 4. d. 7.

§. 11. Hereditatem viventis jure Romano pactis non subjacere distinet vidimus t. XXIII. XXIV. L. præc. Unde & de emtione ju-

judicandum. Hereditas autem delata omnino efficaciter venditur, ita, ut emtor idem jus habeat, quod apud venditorem fuit *l. 2. de Her. vend.* Computantur in hanc obligacionem, quæ ex ipsa hereditate, usque ad tempus contractus ad heredem pervenerunt, vel pervenire, si ipse impedimento non fuisset potuerunt *d. l. vid. Franzk. b. t. n. 6. sequ.*

§. 12. Vendi possunt & actiones *l. 23. d. t.* verum sola venditio non sufficiebat, sed necesse erat, ut accederet cessio, quæ instar traditionis gerere credebatur Perez. in *C. b. t. n. 13.* Unde venditatio tituli, cessio modi acquirendi rationem habere non inepte dixit Sand. *de cess. act. c. 11.*

§. 13. Cedere autem hoc loco mandare est arg. *l. 76. de solut. l. 1. C. de magistrat. conven.* Imo alia nuda quacunque voluntate v. c. assignatione *§. 20. de pign. plane & tacita ex titulo interveniente collecta cedi cœperunt actiones l. 16. de pact.* Modo titulus verus esset non simulatur *l. 55. de C. E.*

§. 14. Usu fori nulla fit mentio mandati, nec opus, ut tacitum forte in ipso contractu, quo actionem in alium transferimus, subesse putemus. Quia illud quantum quantum erat, mera subtilitate juris civilis nitebatur. Hinc unica formula hodie : solche Forderung Erb- und

¶ 64. Tit. XIII. De Emtione & Venditione.

und Eigenthümlich übergeben / Lauterbach. b. e.
§. 11. n. 21. Richt. de priv. cred. 2. n. 30.

¶ 65. Scilicet actionum natura esse credebatur, ut officibus inhererent. Inde alterius nomine exigere quidem poterat cessionarius, non vero suo proprio, ergo procurator dicebatur. Cum autem solvisset jam creditori actionis pretium, atque hinc equum esset, ut exattum retineret, accesit: in rem suam. Concessit quidem jam cessionario actionem dibus Pius, sed ne nimium circulos antiquitatis turbaret, adjecit utiles, non directas, qua manerent apud cedentem. Vides simul, hodie minus concinne de cessione ad tit. mand. agi. cum Hubero. Cum olim rectissime Lex Anastasii t. C. mand. extet.

§. 15. Actiones quæ vindictam sapiunt, vel ad nos non jure proprio spectant, cedi nequeunt v. c. injuriarum, criminales, populares &c. De litigiosis supra t. V. L. 1. dictum. His adde jura mere personalia v. c. jus ex retraetu gentilitio, jus alimenta percipiendi, usus, prælationis in re emphyteutica vid. c.v. Sandii. d.t.

§. 16. Circa personas cautum, ne actio cedatur potentiori t. t. C. ne liceat. pot. potentia magis est, ut aestimetur ex persona rei, quod vult Duaren. ad t. de alien. jud. non auctoris, ceu existimat Sand. d. l. c. IV. § 9. Dein nec patri contra filium, nec filio contra patrem cedenda t. 7. de O. & A. Nec tutori, vel curatori contra pupillum vel minorem. Nov. 72.

§. 17.

§. 17. Quam solemnitatem exigit alienatio rei per actionem petendꝝ , eandem requirit cessio ipsius actionis. Exempla varia sunt in cessione actionum minorum ecclesiæ , generaliter fere earum, quibus res immobiles vindicantur, Tiraquell. de retract. tofang. §. 1. gl. 7. n. 1. 2.

§. 18. Transfit in cessionarium omne jus cedentis arg. l. 2. C. de donat. jus pignoris, sidejussionis & quicquid ad facilius exigendum debitum vel ex lege & statuto , vel ex conventione cedenti competitbat , Donell. L. XV. comment. c. 43. Non tamen privilegia personalia arg. l. 12. de admin. tutel. Hinc v. c. in dote jura realia hypothecæ quidem transeunt si uxor actionem cedit , non vero prælationis vid. Sand. c. IX. Lauterb. §. II. n. 25. b. dissentit Schilter. §. LIX. b. t. cum allegat.

§. 19. Propriis non utitur privilegiis in præjudicium debitoris Cujac. L. X. o. 10. Non tamen omnes exceptiones , quæ cedenti obstant , obstant etiam cessionario. Excipiuntur enim mere personales , quæ ad actionis naturam non pertinent Sand. c. XIII. §. 7.

§. 20. Sufficere nomen verum , licet non exigibile communiter tradunt , vid. DN. Stryk. C. C. IV. II. §. 3. Nisi nomen in dorem datum l. 48. ff. solut. marim. Vel adjecta clausula : bonum nomen esse , vel reservatus

466 Tit. XIII. De Emtione & Venditione.

cessionario contra cedentem regressus. Vel aliunde liqueat ex formula cedentem fidejus-
foris munus subiisse.

§. 21. Præcipue cavendum ne legis Anastasianæ 23 C. Mand immemor sit cessionarius Nam hanc in Germania receptam esse secus ac Giphanius ad d.l 23. existimat, te-
stantur Grœnev. ad eand. l. Finckelth. o. 17. f.
Mev. c. 7. discuss. lev. inop. d. bit.

§. 22. Pro evitanda tamen disputatione §. 18. & tricis legis Anastasianæ potest hodie-
num cessioni utiliter mandatum jungi. Tunc enim omnibus privilegiis fruitur cessionari-
us cedentis , nec operosa probatio , quan-
tum pro nomine dederit ipsi injungi potest.

§. 23. Eximuntur præterea commer-
cio venena mala l. 35. §. 2. Libri prohibiti &
generatim omnia , quæ venui exponi civitas
non è re sua esse ducit , sive propter super-
stitionem & artem magicam , sive propter no-
xietatem perpetuam , aut temporalem. His
accedunt potissimum merces , quarum mer-
catura hostis validior redditur ac instru-
etior .

§. 24. Vendere prohibentur milites arma
atque vestes licet meliores comparare se
voluisse contendant. Emere , magistratus
prædia. Quod apud nos non receptum .
Certo respectu forenses , vel ratione tempo-
ris

ris, vel ratione rerum v. c. immobilium,
Mev. ad I. L. 1. 2. 3. Collegia ecclesiastica ali-
cubi pariter à rerum soli emtione arcentur.

§. 25. Nobilibus ex consuetudine Ger-
maniae mercatura interdicta, v. Hachenberg.
dissert. II. §. 2. non autem emtio, venditio,
vid. Pufend. L. VIII c. 4. Sed solam caupano-
riam, vel aliud perniciosum urbibus merci-
monium exercere vetantur, Carpz. II. VI. 4.
Sunt enim hæc bina urbium vera & unica
fulcra, Conf. Seckend. in Fürstenst. L. II. c. VII.

§. 26. Obligatur venditor emtori ad
traditionem rei præcise §. 1. j. b. t. Bach. D. 28.
tb. 2. l. c. Ni res amplius non extet. Vel em-
tori magis placeat propter moram & mutatas
circumstantias ad interesse agere, de cuius
æstimatione vid. l. 23 §. 1. b. t. & tit. VIII. præc.
Franzk. de aet. emt n. i. & sequ. plur.

§. 27. Tradenda est possessio vacua,
arg. l. 50. d. R V. Minimum enim in usucapi-
endi conditione constituendus est emtor,
quod sine possessione vacua non procedit,
l. 5. & 25. de usuc. Naturalis tamen detentio
non obest. Sufficit quoque ut emtor in lite
de possessione superior sit l. u. §. 13. de A. E. V.

§. 28. Tradenda est res sana & non
deterior, quam vendita. De vitiis v. t. VII.
præc. Ædiles dabant geminam actionem
quanti minoris & redhibitoriam. Quia an-

Gg 2 antiquo

tiquo jure civili lēsiones infra dimidium non curabantur. Postmodum autem Jētorum interpretatione, actiones emti venditi ad præstationes vitiorum extendi cœperunt Mūdæus ad t. de A. E. V. rubr. rem trad. qualit. non vitiis. n. 9. Inde priorum vix hodie usus est. Praxim tamen non observare rigorem juris Romani in indicendis omnibus minutissimis vult Schilt. XXXIV. §. 15.

§. 29. Tradenda est res ab omni servitute, pensitatione, annuo reditu, censu & alio onere libera. Licet talia ignoret venditor l. 16. de eo. Si servitatem sciverit venditor tenetur ad interestē, nec liberatur formula: vendo rem qua conditione est, vel protestatione, quod teneri nolit, vel pacto in eundem finem interposito l. 10. de hered. vend. l. 1. §. 1. l. 35. de A. E. V. Quæ distinctione & ad pensitationem &c. applicanda.

§. 30. Excipiuntur sine dubio onera publica omnibus subditorum bonis regulariter imposta. Sine his enim emtor ipse scit, rem comparari non posse. Prohibitum quoque est omne pactum, quo venditor, vel omnia onera rei venditæ retinere, vel rei propriæ in emtam transferre intendit. Insuper habita distinctione inter fiscum & contrahentes, vid. Rauchbar. l. qu. 18. Tulden. ad G. se ne cens. & reliqu. n. 2.

§. 31.

§. 31. Tradenda est res libera à pignoris nexu. Qui sciens rem pignori obnoxiam vendidit, non tantum ad liberationem & interesse emtori tenetur, sed simul in crimen stellionatus arbitrariamque poenam incidit.

l. 3. de crim. stellion. Competit emtori ante solutionem & exceptio doli *l. 5. C. de evict.* Non tamen à contractu ea propter recedere licet, Carpz. *I. 34. 21.*

§. 32. Tradenda porro est res cum suis accessionibus & pertinentiis. Quid sub his comprehendatur jam præoccupavimus *L. I. t. II. §. 41. sequ.* In nostro argumento & ex quantitate pretii aliquatenus conjectura duci potest, an partes hic sub generali perenniarum nomine hoc vel illud intellexerint. Adde mores regionis, cum hi quoque sæpe determinent, quid emtori in ædibus relinquentum à venditore. Regulariter fructibus opponuntur. Verum in hoc contractu etiam fructibus continentur. De instrumentis authenticis ad rem venditam pertinentibus, v. Carpz. *II. 23. 20.*

§. 33. Scilicet post contractum perfæctum *l. 25. de C. E. V.* Omnes fructus etiam maturi & mox colligendi *l. 13. §. 10. d. t.* Licet colonus posideat rem venditam. Licet venditor, post contractum eos separaverit *l. 13. §. 18. ff. d. t. l. 13. C. eod.* vel mora nulla com-

470 Tit. XIII. De Emtione & Venditione.

missa d. ix. Fructuum jus sequuntur etiam pensiones L. f. vers. sed column de jur. firc. Mantic. de tacit. & ambig. conveni. LIV. t. 16. n. 44. distinguendum tamen an pro fructibus naturalibus an pro civilibus pensiones solvantur, Franzk. d. l. n. 221.

§. 34. Tandem si res aliena tradita, vel vendita, sed nondum tradita, tunc vel per actionem emit l. u. §. 2. 8. d. t. vel per exceptionem de cautione præstanda, retentionem pretii, aut renunciationem contractui, si periculum evictionis satis evidenter immineat, sibi prospicere potest emtor. vid. Tulden. ad tit. C. de act. emit. n. 3.

§. 35. Emotor vicissim tenetur solvere pretium, atque in casum pretii tardius soluti usuras l. 13 §. 19. d. t. Fide habita, post interpellationem. Fide non habita, statim post factam traditionem. vid. l. 13. §. 20. d. t. Maul. de emit. vend. t. 9. n. 6.

§. 36. Interesse secundum regulas t. VIII. explicatas hic utrobique debetur. Quamvis enim respectu emtoris negetur l. f. peric. commod. rei vend. tamen quia merito vendoris & emtoris eadem ratio esse debet & hoc peti posse, ait Schilt. §. 124. d. exerc. arg. l. un. C. de sentent que pro eo quod interest.

§. 37. Periculum rei venditæ, postquam contractus perfectus est emtoris. Quid perfectio notet

denotet vidimus §. 2. 3. 4. Licet ante traditio-
nem non fiat dominus. Imo nec per hanc,
si fides non habita de pretio Carpz P. I. O. 28.
d. 18. 19. Quod itidem rursus non sufficit, si
emtor dolose fidem sibi conciliavit idem *ibid.*

§. 38. Exceptiones sunt, si res ex præ-
cedenti vitio periit. Venditoris dolus acces-
serit, vel tradendi mora. Vel res certi gene-
ris vendita, nondum demonstrato individuo,
Perez. in C. b. n. 12. vid. plura apud Voët. ad I.
b. t. §. 3. n. 2.

* * *

Rationem huius anxiæ inquirunt. Si inspicimus,
quod res est, videmus vindicorem in quibusdam
saltim v. c vindicatione, action furii &c. jure ci-
vili haberi pro domino. Sed præctice nemo ipse
obelum credit in rem, rem non perdere, nec alienare,
nec servitutem impune imponere potest &c.
Unde iuri naturæ convenientius dicitur emtorem
esse pro domino. Cujus regulam jus civile in
definiendo periculo retinuit.

§. 39. Pacta contractui huic multa
adjiciuntur. Quo magis ad fidem servandam
partes se adstringant, de certa pœna conveni-
unt. Quæ nec si pro coercendo emtore ad-
jicitur intra legitimas usuras necessario con-
tinetur. Quia pluris interesse potest & hic
non de credito, verum magis de pœna fidei
ruptæ agitur, vid. Schilt d. l.

§. 40. Potest & conveniri de pœnitentiâ licentia sub certo pretio redimenda , vel arrha perdenda &c. vid. l. f. ad L. Commiss Berlich. dec. 44. Simile continet ipsa lex commissoria, ut pretio suo die non soluto res sit inemata & quod datum est committatur. vid. l. s. d.t. Quo vero aliquatenus succurratur emtori, fructus interim perceptos retinet l. 4. §. 1. b.

§. 41. Venditoris commodum respicit additio in diem , ut scil. vel dum demum traditio promittatur , si intra diem definitum non melior conditio venditori oblata , vel ut quidem rem in praesenti recipiat , sed ampliore ab alio pretio dicto restituturus, aliud addit. in diem. Tacere interdum tale pactum inest, vid. l. f. de jur. fisc. l. 4. C. de fid. & jur. hast. Requiritur autem , ut actu melior conditio allata, non in meritis promissis l. 9. b. t. dissent. Philipp. de sub hast. cap. 3. comm. 16. n. 108.

§. 42. In ejusdem venditoris usum accedit pactum dominii reservativum. Ut licet fide de pretio habita res tradita, tamen venditor ad solutionem maneat dominus. Quo adiecto , periculum quoque manet penes venditorem. Quia pactum non ex jure civili, sed naturali extimandum, Schilt. d.l. §. LVIII.

§. 43. Emotor circa onerum evictionem apertius interesse & liquidius sibi stipulatur Pertinentias distinctius exprimit. Rem cum fini-

finibus perspicue designat. Vitiorum obligationem planius describit. Periculum ad traditionem in venditorem rejicit. Sub evitacione rei, comprehendit casus alias sub ea non comprehendi solitos. Est exemplum apud Sand. L. III. t. IV. V. &c.

§. 44. Competit certis personis jus promis eos seu retractus, vi cuius quis idem pretium offerens emtori rescisso contractu praefertur. Sedes potissima ejus est II. Feud. 13. Statuta tamen multa adjecerunt Tiraquell. de Retraet. L. II. §. 35. gloss. 1. n. 1. Sand. L. VII. t. V. d. 1. Ipsa statuta recitat Leuvv. L. IV. c. 23.

§. 45. Oritur etiam ex conventione, dum contrahentes pacti sunt, ut emtor rem denuo venditus, venditori eo pretio, quod alius solveret, vendat l. 75. de C. E. parit tale pactum saltim obligationem personaliem, ut denunciet emtor novam venditionem venditori suo. Quod si hoc insuper habito rem vendat retractum quidem exercet vendor, sed tantum usque ad traditionem, post eam enim unice ad interesse agit. vid. Maul. t. 7. n. 81. d. tr.

§. 46. Neque majoris efficacij est jus protomiseos à testatore alicui concessum, quod itidem jus reale non tribuit Carpz. II. 32. 9. Utrumque tamen alteri cedi potest in

Gg 5 here-

heredes transmittitur arg. tot. tit. de hered. vel act. vend. Gail. L. II. o. 2. Ni certæ personæ qualitas, vel familia caussa concessionis fuerit, quo casu vera erit decisio, Donell. ad L. 2. C. de pact. inter emt.

§. 47. Datur ex lege jus prælationis domino directo l. f. C. de jure Empl. quod tamen ad sola immobilia pertinet Rauchb. II. q. 22. Debitori v. Grœnev. ad l. 22. C. mand. casus est in l. 6. de distract pign. Creditori in bonis debitoris sub hasta venditis. l. 16. de reb. auct. jud. possid. Quod tamen non ubique observatur, Carpz. d. l. d. 42. Convicano l. unic. C. non lic. hab. metroc. Vicino, jure congrui, ubi scil. receptum Richt. dec. 86. n. 59. Socio in re communi Huber. præl. ad ff. p. 450.

§. 48. Præcipuum jus legale protimiseos, est consanguinitatis sive gentilitium, vi cuius proximiori consanguineo intra certum tempus facultas conceditur, rem in extraneum alienatam redimendi, vid. L. II. feud. c. 111. jure civili fuit simile jus in usu, vid. l. 7. C. Theod. de contr. emt. ibique Gothofr. & l. 14. C. eod. tit. sed mox exolevit.

§. 49. Vocantur hic ad retractum consanguinini secundum ordinem edicti successorii. Richt. dec. 76. Hinc uno eo uti nolente sequens proximus in solidum admittitur, Carpz.

Carpz. II. 31. 10. Si plures, plures admittuntur. Si quidam nolint, unus rem totam solus retrahit, Carpz. d. l. Respicitur sola, proximitas, non fictiones representatitiae vid. supr. not. ad §. 8. t. XV.

§. 50. Nititur totum consuetudine, sola enim receptione valet, dict. constit. Frider. Leeuvv. d. l. Inde in Saxonie non extenditur ad collaterales nequidem fratribus exceptis, Coler. p. 1. dec. 15. n. 43. Duo vincula tamen hic fortius ius pariunt v. c. si idem simul cognatus & creditor alter vero quidem in eodem gradu constituitur, sed non creditor sit Huber. d. l. §. 15. Tenentur heredes stare venditioni defuncti. Quod si tamen vivo parente alienante filius retrahere velit, auditur, rationem vid. apud Sand. d. l. d. 7. Aliter B Struv. Exercit. 23. tb. 58. vid. DN. Thomas. ad Hub.

§. 51. Locum habet jus hoc tantum in immobilibus, non in mobilibus, vel incorporealibus Sand. d. III. d. l. Reinking. de remitt. q. 3. n. 74 sequ. Plane ad bona quæ ab avo ac parentibus ulterioribus descendunt, multis in locis restringitur. Uti in Saxonie, Carpz. H. 31. 14. Excipe Thuringiam & Ducatus, Richt. d. dec. 76. n. 39. Coler. d. l. dec. 15. & 23.

§. 52. Spectat ad solam venditionem, non ad hereditates, vel alios contractus v. c. per-

Tit. XIII.
sterius
dilectum, p
terminus
usito arg.
§. 50.
endentium,
monopolium
gionem.
cessariam
n. Vel conv
fi certo in
ed talia no
diuine obli
tiendum da
um arbitrar

§. 57.
diuum, ut
mia Hand
cum statim
rac summe
re jure hosp
av. Gastred

T
De
Orationis et co
Graecis vel fa
wie

permutationem, transactionem &c. Matth.
de Afflict. de jur. protim. §. licet enim 3.n.33. Imo
in ipsa emtione ante rei traditionem nasci non
videtur, ut hinc mutuo dissensu partium re-
tracturus à retractu prohibeatur. Huber.
p. 454. d. l.

§. 53. Si omnia bona vendita, quibus
bona retractui obnoxia insunt, pro parte jus
retractus exerceri nequit, nisi novus emtor
consentiat, alias enim vel totum retrahens
recipere, vel totum derelinquere cogitur.
Sand. d. l. d. 5. Struv. jurispr. III. II. 34. Nec a-
liter dicendum puto si bini una emtione rem
emerunt & alter cognatus sit, quia coemtor,
qui cognatus non est, ad retrahentis societa-
tem cogi non debet. Licet aliter existimet,
Huber. d. l. §. 17.

§. 54. Retracturus debet se offerre de-
bito tempore, quod in retractu conventionali
sunt o. anni, in aliis annus Tiraquell. d. l. §. 1.
gl. II. n. 17. Reink. d. l. q. 7. ut tamen tempus
utiliter computetur Richt. d. l. n. 147. Dein
offerendum est idem pretium, restituendæ
emtori impensa Gail. II. O. 19.

§. 55. Tollitur emtio modis t. III re-
censitus. Uti & mutuo dissensu arg. l. 35. de R. I.
Nec non pacto de retrovendendo ab initio
adjecto. Quo vel certus terminus à quo v. c.
nach 4. Jahren / vel ad quem binnen 4. Jahren
wie

wiederkaufflich adjicitur. Si tempus plane non adiectum, præscribitur intra triginta annos, qui terminus ordinarius est juri ex contractu quæsito arg 130. C de præscr. 30. vel 40. ann.

S. 56. Sunt & certa vitia ementium vendentium, quæ legibus coercentur, ut: monopolium, coemtio & translatio in aliam regionem. Vel pertinacia opificum certas necessarias merces plane advehere recusantium. Vel conventiones illicitæ de mercibus non nisi certo inter se definito pretio vendendis. Sed talia non actione emti venditi, quæ ad mutuæ obligationi inter contrahentes satisfaciendum datur, verum denunciatione ad pœnam arbitriariam vindicantur.

S. 57. Illud salubriter in emporiis constitutum, ut stabilita sint certa judicia mercatoria Handels-Gerichte. Vel ut caussæ mercatorum statim ad supremum tribunal pertranshantur ac summarizæ sint. Ut peregrini fruantur jure hospitali, v. Scriptores thesaurorum, v. Gastrecht.

TIT. XIV.

De Locatione.

S. 1.

Locatio est contractus consensualis, quo vel rei, vel facti usus alteri pro certa mercede

cede conceditur. Sive locatio conductio sive locatio simpliciter, vel conductio efferatur, non interest. l. 5. b. t. Imo pro venditionis & emtionis vocabulis antiquitus synonymice his usi sunt arg. l. 29. b. t.

§. 2. Est consensualis, solo consensu perficitur, quod ratione obligationis producendæ nil peculiare, quia catenus omnes contractus hodie sunt consensuales. Illud patet, quod de mercede & re, vel facto certi quid conclusum esse debeat. Alias enim, partes versantur adhuc in præparatoriis. vid. tamen §. 3. t. præc. Sicuti & supposita conditione, ut, interdum scriptura per modum conditionis l. 17. de fid. instr. supponi solet, quamdiu non evenerit, vis obligandi cessat.

§. 3. Expressus consensus circa initium locationis ex natura rei & communi loquendi consuetudine requiri videtur. Quamvis, si suppositis certis circumstantiis ab unus conducentis facto contractus oriatur & postea debita merces solvatur, non adeo de nomine rixandum putem.

§. 4. Renovatur autem notorie solo facto pro diversitate tamen rerum in mobiliibus regulariter pro tempore exiguo, in immobilibus pro longiore. Generali regula dici potest: respectu omnium rerum, imo & factorum renovatum censeri debere contra-

Etum

Etum ad tempus tantum, ad quantum alias regulariter iniri solet, vid. supr. L. I. t. 2. §. 24. Sand. III. 6. 1. De controversiis legum civilium, v. Franzk. b. t.

§ 5. Initur locatio de rebus & factis. Locatur res, quæ alteri citra sui consumptionem usum præbere potest. Hinc judicandum de servitutibus, scilicet non locantur, si dicta ratio obstat, vid. l. 44. ff. locat. Locantur si non obstat. Jus monetæ cedendæ Edict. monet. 1559. h. Ferner als sich auch. jurisdiction, arg. art. 2. p. h. g. o. jus patronatus &c. quia magis ad dignitatem spectant, minus idoneum locationis objectum constituere videbantur. Sed praxi servatur contrarium. Facta quædam religio, quædam decorum, quædam honestas à vocabulo locationis exempta, licet prioribus accedat honorarium, saepe amplius omni mercede.

§. 6. Quæ certæ personæ concessa, uti: usus, alimenta &c. quæ ratione certi officii obeundi competunt, ut: arma, equi militum, vestes, ades &c. ad munus aliquod expeditius, vel splendidius exsequendum concessa, locari nequeunt. Obstat & interdum religio, ut: si quis subsellium in templo locare velit.

§. 7. Dominium in locante non requiritur. Unde & res alienæ in hunc contratum

Etum veniunt l. 7. 9. §. f. Non tamen tales quarum possessionem non habet locans, his enim conductor frui non posset. Nisi locentur in futurum, sub conditione adipiscendæ aliquando possessionis.

§. 8. Merces consistit regulariter in pecunia, ut tamen loco ejus & aliæ res dari possint l. Et hæc distinct. in f. b. t. l. si olei C. b. r. De certitudine, veritate & justitia repete dicta §. 7. 8. sequ. tit. præc. Interdum merces legge, vel consuetudine definita est, de quo vid. Novell. 122. ibique DD. Tale quid passim quoque in ordinationibus provincialibus ratione famulitii factum est.

§. 9. Locator est qui accipit mercedem, vid. Schilt. §. t. b. t. Inde parum proficia subtilitas est quam habet cum communi schoila, Cujac. II. O. 28. Quod locator opera sit conductor operis &c. Etenim hoc posterius per lusum verborum & improprie dici accurate animadversum est à DN. Thomas. ad Huber. b. t. Neque vero unquam utraque locati & conducti actio tali locatori applicabitur. Ni omnia hujus contractus jura noxia confusione quis miscere velit.

§. 10. Locatoris non exigitur peculiares conditio, præter communes contrahendi regulas arg. l. 43. §. de procurat. Lenvv. b. t. §. 8. prohibentur tamen famuli novo domino ope-

operas locare , nisi testimonio honeste missionis a priore domino , vel hoc sine ratione recusante , a magistratu loci rite impetrato R. I. de anno 1548. §. 23. vid. Tholos. synt. jur. univ. p. III. L. 27. c. 1. n. 16. seq.

§. 11. Officium locatoris est , ut rem locatam cum instrumentis & accessoriis l. 19. b. t. ad usum commodum & sufficientem tradat , secundum conventionem & mores regionis l. circa locationem l. legem l. b. t. Hinc ædes tradendæ sartæ & tectæ v. l. 25. §. 2. b. t. Reficiendæ fenestræ , januæ &c. l. 15. §. 1. d. l.

§. 12. Abstinendum ab omni impedimento , etiam licito & ubi suo jure v. §. 21. infr. utitur conductor. Non obstat , quod impedimentum non a locatore , sed tertio procedat d. l. 25. Licet hic tertius fuerit conductoris inimicus , modo non caussam iniicitæ dederit ; vel præcavere potuerit , aut reconciliationem recusaverit. Sic enim limitat glossa l. si merces §. culpe vid. Pantzschm. §. 14. n. 60. de locat.

§. 13. Fert quoque locator casum , qui contingit circa rem ipsam ex natura dominii & ratione §. 11. Tumque conductori prorata temporis vel merces remittenda , vel restituenda l. 15. §. 2. l. 19. l. 33. b. Neque admissio communem limitationem , si conductor

praesciverit casum v. c. si ædes ruinosas conducit. Nam & hoc casu rei periculum speccabit ad dominum, cum scientia tantus effectus nullibi adscribatur. Facienda indeque erit aliqualis remissio pensionis, quia tunc ubique rei usus, adeoque rei existentia presupponitur l. 9. §. 4. b. t. quam & taliter contrahens in dubio sperasse presumitur.

§. 14. Si circa fructus casus contigit, distinguendum inter fructus perceptos & percipiendos, quorum differentiam v. apud Carpz. II. 37. 20. De illis securus est locator arg. l. 7. ff. qu. in causs. pign. tac. contrab. In his autem remittit mercedem, si damnum accidat à causa externa forinsecus Franzk. b. t. n. 96. inconsuetum Valasc. de jur. emphyl. q. 27. n. 34. non in valere fructuum, nec post collectionem, sed in eorum corpore Fr. d. l. n. 104. & sit alicuius momenti, cuius determinatio nullibi definita relinquitur arbitrio judicis arg. l. quidam de legat. z. Pantzschmann. d. l. q. I. n. 33. ubi varie opiniones recensentur.

§. 15. Opus insuper est ut ne locatio sit ad plures annos facta, tunc enim exceptio, quod nemo debeat alterius damno locupletari, per replicam, quod unius anni ubertas alterius sterilitatem compenset eliditur.

tur v. Pufend. L. v. c. VI. §. 3. si annus uberior præcessit. Vel plane rescinditur fertiliore segete posteriore anno secuta remissio Franzk. d. l. Si vero communi & unica locatione in plures annos una mercede res locata, demum post omnium annorum decursum læsionis æstimatio initur confer Valasc. d. l. q. 27. n. 29.

§. 16. Fluit porro ex dictis §. ii. t. 7. quod locatoris sit pensare damnum, quod propter rei vitium, defectum, morbum &c. conductor accepit. Modo culpa ipsius subfit v. l. 19. b. t. Atque malitia alterius non possit argui v. c. si servus locatus furtum fecit, vel horrea vi effracta v. l. 45. l. 58. ff. b. t. Hæc enim non præstat locator.

§. 17. Sed præter remissionem mercédis, interdum plane ad omne interesse, locator tenetur. Si ipse injuste impedimento fuit, iquominus conductor re plene uti posset v. l. pr. b. t. Si factum tertii justum, quod providere potuit, vel quod avertere plane in potestate locatoris erat l. 9. §. i. l. 13. §. 7. b. t.

§. 18. Expensæ, quas fecit conductor refundendæ sunt à locatore. Modo factæ sint in perpetuam fundi utilitatem, sive plane novum ædificium exstruendum sive vetus reficiendum esset. Ratio iterum est in §. ii.

supr. v. l. 7. §. 17. solut. matrim. l. 15. §. 1. b. t. Licit propter non solutam mercedem conductor ejectus fuerit *l. 61. b. t.* Valasc. *d. l. q. 25. 26.* Garsias *de expens. c. 14.* Absque discrimine inter magnas & modicas, quia contractus est onerosus. Hinc secus erat in commodato.

§. 19. Collectæ & tributa, cum onus fructuum sint, quos revera locator percipit, ab eodem solvi debent. Si conductor solvit, solutum ipsi restituendum Bocer. *de collect. c. 10.* Carpz. *ii. 40. 5.* Refer hoc sumtus metationum *Einquartirung / Durchzüge.* Thabor *de metat. c. 3. th. 17.* Hahn. *b. t. n. 19.*

§. 20. Speciatim locator operarum obligatus est, ut operas fideliter præstet. Neque præstando interesse liberabitur *v. supr. t. V. §. 10.* Integralm mercedem exigere nequit, licet casu impeditus opus perficere non potuerit, vel ante finitum tempus mortuus sit. Bachov. *ad Treutler. disp. VIII. th. 3. l. c.* quod itidem dicendum, si opus factum nondum approbatum vitio artificii rursus corruit. *l. 36. b. t.* Lauterbach. *Comp. b. t. p. 382.*

§. 21. Jura locatoris operarum sunt, quod poscit *v. c.* durum dominum deserere &c. Rei autem quod conductorem etiam ante tempus expellere certis casibus, quod cum incommodo ipsius, modo nimium ne sit rem reficere *l. 27. b.* quod vendere durante lo-

te locatione l. 9. C. b. t. quod res ipsius pro mercede debita & aliis debitibus retinere possit; quod habeat in prædio urbano in illatis l. 2. 4. 7. uu. m. pign. tac. in rustico in fructibus ibi natis tacitam hypothecam d. l. 7. vid. §. 11. supr. Habet beneficium l. 3. de R. V.

§. 22. Casus illicitæ expulsionis sunt, si moraliter, vel physice conductor re abusus sit. l. 3. C. b. Omne interesse hic peti potest, non obstante pacto de non expellendo conductor. Si ipse locator propter casum non provisum re subito egere incipiat Christian. Vol. III. Dec. 118. Si mercedem solveret cesseret conductor. Tempus biennium hic esse contendunt, sed rectius relinquitur arbitrio judicis Richt. Dec. 81. n. 3.

§. 23. Sitne ratione indigentia propriae differentia inter prædia urbana & rustica non convenit inter JCtos. Carpzovius p. 11. 37. 6. ex generalitate legis utробique eandem rationem esse contendit. Sed B. Struv. jurispr. b. t. in prædiis rusticis non concedit expulsionem, cum hic non tanta necessitas, quanta in habitatione. Verum optime totum litigium judici committit Schilt. in f. §. 26. Cam circumstantia necessitatis sint infinitæ.

§. 24. Propria tamen auctoritate nunquam invitum conductorem ejicit locator.

arg. l. non est singulis de R. I. Neque juvat, quod pacto, locatori hæc libertas concessa d.l. ff. Sed ubique implorandum est officium judicis. Qui tamen præcipue in casu ubi pacto inter contrahentes conventum, celestiter auxilium suum impertit. Exceptionibus altioris indaginis in reconventionem rejectis Coler. *Process. execut. Part. II. c. 5. n. 54.* Anton. Fab. *L. IV. C. 41. d. II. DN. Stryk. C C. II. 9. 9.* Licet quoque in prædio locato, locatori jurisdictio competit, tamen persona conductoris excipitur Mev. p. IV. Dec. 246. v. tamen Schilt. *Exercit. XI. §. 18.*

§. 25. Quod rem locatam reficere licet dubio fere caret. Ut tamen recipere cogendus sit conductorem, si tempore refectionis in ædibus habitare non poterat. Fr. n. 148. b.t. Sed de venditione nuper prolixa disputatio inter eruditos orta est. Præcipua difficultas in eo est, quo generè actionis conductor expelli queat ab emtore. Sed cum hodie laxior sit judicum quam Romano jure potestas, potest imploratio officii judicis locum sibi hic vindicare vid. Schilt. *Exerc. VI. §. 5.* vel action ex moribus & consuetudine notoria, quæ etiam in proverbium abiit. vid Carpz. *II. 37. IV. n. 4.*

* *Apud Belgas contrarium obtinet secundum proverbium: huir gaet voor coop.* Modo non ultra

*ultra decennium locatio extensa Grænev. ad
ad l. 9. b. t.*

§. 26. De iis, qui ex jure ante contractum quæsito rem locatam vindicant, facile constat, quod expulsione uti possint. Sic mulier marito dotis locatore mortuo, sic proprietarius finito usufructu, sic qui sub pacto de retrovendendo ad certum tempus rem alienavit &c. non obstante contractu rem a conductore statim recipiunt. Quid re legata & publicata obtineat v. l. 32. l. 33. b. t. Aliud dicendum si fiscus successor l. 51. §. f. de fideic.

§. 27. Conductor est, qui dat mercem, pariter explosi commento de quo §. 9. Tenetur hic re uti, ne abutatur & secundum leges specialis conventionis, exhibita debita diligentia, quam pro freni natura variare, aliquoties dictum. Quod & agnovit Faber ad §. pen. 7. b. t. Accedit & personæ ratio, sic artificis major aptitudo & industria desiderantur, quam hominis ignari v. l. 13. §. 5. b. t. Illud forte ridiculum, quod vitulos pascere inter articia referatur l. 9. §. pen. b. t. Sed suppositis tertiis circumstantiis v. c. ne pecus è promiscuo pabulo morbum contrahat, præcavere scire &c. non adeo absolum est.

§. 28. Quod si conductor insuper.
Hh 4 babi-

habitatis promissis, quid egit, licet omnem diligentiam adhibuerit, ne damnum inde oriretur: nihilominus postea de omni evenitu merito tenetur v. l. n. §. 1. Cum eo ipso dum fidei datæ parum memor est culpa non vacare videatur. Famulitii autem negligentiā non luit, nisi in eorum electione in curia, vel malitiæ argui possit. Vel stulti aliquid ipsi injunxerit v. Caroc. de locat. & conduct. p. IV. q. 14. n. 40.

§. 29. Dein tenetur finita locatione rem eandem restituere. Adeo ut non possit locatori quæstionem dominii referre v. 29. C. b. t. Nisi seipsum dominum esse alleget, & in continenti probet Faber in C. b. t. d. 10. Si tertius interveniat & rem sibi restitui posselet, ex circumstantiis v. c. si a locatore vi dejectus, si dominium iucontinenti demonstrari potest &c. desumetur decisio v. 31. ff. deposit. Molin. D. 498. inf. tract. de J. & J.

§. 30. Est res restituenda cum omnibus accessoriis & instrumentis, quæ tempore contractus accepit conductor, vel quæ rei v. c. alluvione &c. postea accesserunt. Si quædam non amplius extant, culpa perditorum pretium verum, dolo interceptarum affectionis, si quod in eas cadit, casu extinctarum nullum pretium restituit. Sive

res principalis, sive accessoria perierit.
Franzk. n. 291.

§. 31. Præcipue mercedem & mora-
commissa quidem cum usuris, tempore, quo
convenit, vel quo natura rei aut consuetu-
do regionis suadet soluere conductor de-
bet l. 47. C. b. t. In loco, ubi locator habitat,
Ldr. II. art. 5. Carpz. L. t. Resp. X. c. II. Jure
civili expedit tantum creditoris ædes adire,
non adeo necessarium est. Strauch. Exercit.
XVII. §. 3 adijs univ.

§. 22. Expensas in fructuum colle-
ctionem ipse facere tenetur. Nec repetit,
quæ injussu locatoris inutiliter, vel ultra-
modum in rem facit v. C. c. d'ft. §. 27. Neque
statim plena probatio habetur, si contractus
cum operariis initos in scriptis producat. CG.
scđt. II. c. IV. in f. Neque incivilius interpre-
tanda est facta a locatore restitutionis expen-
sarum promissio Pantzschm. q. 7. n. 18. Ne-
que imputare potest servitia rusticorum Bau-
Führen &c. ni damnum inde passus.

§. 33. Quod si tributa vi hostili citra
domini territorii consensum exiguntur. Si
direptiones conceduntur &c. damnum est
conductoris Mey. p. II. dec. 90. Multo magis,
quæ ratione personæ Kopfgeld / Handwerks-
Steuer &c. solvuntur Hahn ad W. b. t. Qui-
bus jure accensentur onera quæ de fructuum

corpore penduntur, qualia sunt decimæ Klock. de contribut. c. 11. n. 169.

§. 34. Periculum fructuum perceptorum itidem est conductoris, licet mercedem nondum solverit, quia jam factus est eorum dominus l. 12. Q. b. t. Carpz. 11. 37. 20. Percepti autem dicuntur postquam à solo separati in horreum deducti sunt, vel qui propter moram conductoris in fundo remanserunt Carpz. d. l.

§. 35. Neque sterilitas semper redundat in locatorem. Excipitur enim, vel quæ propter vitium soli naturale accidit, cum hoc explorare debuisset conductor Pantzschm.

qu. 5. n. 5. Item si consueta sit, quale quid de grandine in Lombardia refert Alberic. in l. licet C. b. t. Vel si plane acciderit ex conductoris inertia & oscitantia. Vel saltim valor fructuum sit imminutus Franzk. n. 104.

§. 36. Imo si casu perierunt tantum pauciora animalia in inventario descripta, quæque facili opera & impendio è reliquo grege suppleri potuissent, casum ferre debet conductor. Spectat tamen ad arbitrium judicis definire pro circumstantiarum ratione quantitatem Rauchbar. II. 29. 48.

§. 37. Est quoque in eo deterioris præ locatore conductoris conditio, quod familia aucta, vel alio eventu superveniente, rem licet

Icet non amplius sufficientem deserere nequeat. Quamvis aliorum vocetur à superiori, frustra dissentiente Socino jun. *conf.* 120. v. l. sed addes l. si mulierem h. t. §. f. s. h. t. Rationem differentia reddunt, quod locator sit dominus rei, conductor autem ex solo contractu jus infirmius habeat v. Cyn. ad l. *adem* C. locat.

§. 38. Tandem certæ personæ plane conducere prohibentur certo respectu v. c. sic opifices, qui cum strepitu exercent opificium habitaculum juxta ædes litteratorum sibi parare prohibentur Carpz. d. l. *def.* 23. Quod & ad Studiosos extendit Rebus. privileg. sed quam bene vid DN. Ludov. *in not.* ib. Minimum nulla juris ratione probari potest, quod si opifex prius sedem sibi elegit, à litterato superveniente ejici posset. Dependet insuper res ex statu urbis, an academia, an emporium &c.

§. 39. Speciatim conductor operarum jubetur famulis & aliis uti legibus & rationi conformiter. Neque vero statim propter morbum domo eos ejicere, vel omne auxilium, medicamenta &c. ipsis denegare vid. Lugo. *Disp. 29. de I. & I. sect. 3. n. 60.* Si expulit ante tempus conventum, mercedem integrum solvere tenetur v. Lugo d. l. Frantzk. n. 190.

*** Erat

Erat & pœna jure Romano constituta in conductorem perseveranter ad senteniam usque restitucionem & detentionem negantem, ut preter rem ejus insuper estimationem persoluere cogatur Tholos. Synt. jur. d. l. c. 3. §. 9. Erat & alia pœna in conductorem veterem, qui novo conductori molestiam inferebat. Sed utrumque que parum bodie usu servari testatur Grænew. l. 32. 34. C. b.

§. 40. Jus Conductoris rei est partim in petendis iis ad quæ Locatorem obligatum diximus, partim in potestate sublocandi & rem deserendi. Possessio enim multo minus aliud jus in re ipsi non competit. v. §. 6. L. 1. t. 15. supr. Remedio tamen can. redintegrando certo casu eum uti ibidem §. 28. arg. l. t. C. si per vim diximus.

§. 41. Frustratur conductor ratione primi re conducta quiete & ad usum conveniunt. Hinc propter hostium, pestis, * spe Etiorum ** metum rem impune deserit v. l. 27. §. f. b. t. ibique. Góthofred. Ratione temporis tamen quo inhabitavit, merces omnino solvenda est Pantzschm. 13. 23.

* Inania sunt, quæ Ripa tract. de peste & Lugo de ff. d. l. monent scil. peste cessante conductorum ad eades redire teneri v. Pantzschm. d. l. cum

cum peste enim cessante non statim cessat i-

mor, qui sufficit per d. l. 27. §. 1. ** Disputa-

tio an dentur spectra, annon est questio facti,

non juris. Ictus judicat hic secundum acta &

probata examinatis circumstantiis. Sicuti idem

agit in omni phænomeno, quod contradictionem

non implicat.

§. 42. Pariter, si vel facto locatoris

promissa non servantis, aut alia ratione tur-

bantis, vel casu, factove tertii ad solitum

usum amplius nequeat rem conductam ad-

hibere, migratio ipsi indulta. Pro rata tan-

tum mercede solvenda v. l. 28. b. t. l. 28. 33. de

damo. infect. Leeuvv. IV. 22.

§. 43. Jus rem ulterius relocandi ex-

ferte quidem conductori tribuitur l. 6. C. b.

Verum infinitæ circumstantiæ eveniunt, ubi

tale quid non licet, v. c. si locator plus in-

commodi passurus ex nova conductoris per-

sona. Si divisim relocetur, quod conju-

nit locatum. v. Schilt. d. Exercit. XXXI. §. 10.

§. 44. Adjiciuntur huic contractui,

uti præcedenti plurima pacta. Scilicet

interque locator & conductor suo commodo

studet. Inde ille hujus, hic illius jus re-

stringere & coarctare allaborat v. c. ut re-

nunciet locator potestati propter proprium

usum, cessationem solutionis &c. expel-

lendi. Ut ne alienet constituta jurata pa-

ctione

Etione in hunc finem hypotheca &c. Ut
Conductor non relocet, ut casum fortuitum
quemcunque in fructibus ferat & similia vid.
C.C. Schilt. d. Exercit. § 20. & multis sequ. præ-
cipue de disputabilibus v. c. spectris, sterili-
tate, tributis, expensis, perceptione fru-
ctuum atque aliis conventio initur. Optan-
dum esset partibus singulis; ut semper pars
adversaria tam facilis esset in admittendis
cautelis, quam felices sunt in earundem fa-
brica cautelarum magistri. Generatim: con-
trahentium boni mores plus valent, quam
juris doctorum multæ & prolixæ leges.

§: 45. Oritur ex hoc contractu gemi-
na actio. Conducti, quæ conductori & lo-
cati, quæ locatori datur. Ad quid ostendunt
dicta in utriusque officio. Competunt
non tantum ipsis contrahentibus, sed illorum
quoque heredibus, secundum communem
contractuum naturam per legem famosam
q. de probat. Si plures locarunt, vel conduxer-
unt, datur pro rata contra eos actio, modo
omnes sint præsentes & solvendo Christin.
V. III. d. 114. Groeneyveg. ad autent. hoc ita
C. de duob. reis & ad l. 47. ff. b. t.

TIT.

¶§ (495) §
T I T. XV.

*De Contractibus circa prædia loca-
tioni adfinibus.*

§. i.

Non solum pro certa pectinaria mercede prædia alteri concedimus, sed in emphyteusin, superficiem damus, ammodiamus, censui, annuis redditibus, perpetuæ coloniz &c. subjiciemus. Huc refer die Halb-Meyerey / das Zehend-Schneiden / Schaußel-Recht & si quæ sunt similia.

§. 2. Contractus emphyteuticarius est contractus * juris gentium, ** quo de prædio rustico in alium sub lege meliorationis *** & annui canonis **** transcribendo convenit, ita ut varia dominii particulæ ***** apud dantem maneant, varia quoque in accipientem transeant. ***** conf. diæta §. 28: sequ. t. II. L. i.

* Solo consensu apud Romanos jam perficiebatur, quia mixtum ex emtione & locatione credebant. §. 3. i. de Locat. Apud nos, quin idem fiat dubio caret, propter plura capita tamen quæ continet sapissime, ne forte obliuio trahantur scriptura intervenit. Quod plane in re ecclesiastica necessarium v. l. i. C. de jur. emphyt. ** quod vel populi germanici instituta docent

496 Tit. XV. De Contractibus circa prædia

docent. *** dicitur enim ab implantando, inde nescio an proprie in ædibus urbanis emphyteusis constituantur, licet vocabulum hoc ad eas extendat Nov. 7. c. 3. §. scire cum Nov. 120. c. 1. in f. vid. Franzk. de laudem. cap. 9. n. 30. sequ. **** qui regulariter cum fructibus perceptis proportionem non habet, indeque propter sterilitatem non remittitur. Quomodo differat à censu vid. Franzk. d. l. c. 10. n. 71. sequ. qui duplum differentiam ab effectu juris censitici & emphyteuticarii desumptam exhibet. ***** de quibus supr. L. 1. d. l. potissima est laudem, per quod dominum quasi laudat seu demonstrat Franzk. c. 1. n. 6. 7 unde allodium quasi allodium Budæus ad L. Herem. ff. de evict. ***** v. c. quod subemphyteuticare, pignori in usum fructum dare &c. possit Franzk. c. 14. Constat ex dictis peculiari objecto, effectu præstationibus & forma veluti contractum hunc constare. & à reliquis magis differre, quam commoda- tum à locatione, mandatura à deposito & hinc recte à Zenone peculiarem contractum statutum & constitutum esse, precipue illud apparet, se quando sub tot oneribus initio prædium sterile conceditur. Non enim donatur, quia accipiens implantationem, laudem, canonom &c. præstat, non gratis rem habet. Non venditur, quia pretium non solvit. Non locatur, quia dominium aliquatenus transfert.

Quam-

Quamvis autem postea tale p̄edium per culturam in melius redactum variis contractibus transferatur tamen hoc aequē eius primam originem non tollit, ac v. c. venditio, donatio pignoris non probant, pignus peculiari contractu non constitui.

§. 3. Contractus superficiarius, quo non solum ipsum, sed suprema ejus facies in alium ita transfertur, ut certum salarium quotannis solvatur, superficiem autem immutandi v. c. ibi ædificandi potestas vicissim superficiario competit. Unde vides nec locationem esse, quia majus jus transfert, nec vēditionem, quia ad solum tantum spe-ctat, nec tantum juris v. c. acquirendi thesauros &c. quantum emtio, transfert, vid. cit. d. l. c.

§. 4: Ammodiatio definitur contractus, quo certi reditus, annuae præstationes, fructus jurisdictionis, pro certa pensione ad certum tempus alteri conceduntur, de qua Tabor. special. dissert. Sed quis hanc ipsissimam locationem esse non videt & quidem prædiorum nobilium. Quod tamen non variat naturam rei juridicam v. DN. Stryk. sed. II. c. IX. §. 32. de C.C.

§. 5. Contractus censiticus est, quo constituitur, annuus census. Divisiones census dedimus supr. p. 84. §. 35. Quatenus

in prædio recenter dato reservatur, peculiarem contractum constituit. Dividit in Saxoniam dominium inter censuarium & dominum census. Unde laudem in alienatione solvendum v. Franzk. L. 1. Ref. 1. n. 15. Quod extra Saxoniam non obtinere communiter asseritur DN. Stryck. U. M. si ager vestigial. Atque ita cape assertum §. 35. p. 84. supra.

§. 6. Quatenus autem in prædio censi proprio promittitur, ab emtione annuum redituum non distinguitur *. Modus usurarum hic itidem observandus & debitori semper potestas onus hoc redimendi relinquenda est. Molin. de usur. quæst. 5. n. 128. plane si ad certam rem non reipicitur, unde census præstandus, sed persona obligatur, refertur verius ad mutuum. Franzk. d. Refol. 1. n. 60.

* Emitur enim hic res incorporalis ius reale scilicet, rei annexum onus. Binsfeld. de usur. quæst. 12. §. dubium hic esse potest.

§. 7. Utrum partes hunc contractum inire & censem sibi reservare an emphyteusin constituere voluerint, ex intentione hæc vero ex circumstantiis judicanda. Ex post facto, an caducitatem ursurit dominus census, an jus protimiseos &c. an vero hæc neglexerit, videndum. Cum regulariter hæc e censuali negotio non fluant. Mores regionis

his sensum s̄p̄ius quoque hic sup̄lent̄, cum admodum hic varietur, Coler. process. execut part. i. c. 12. Quid in dubio pr̄sumendum pr̄ter Menochium p. 84. cit. exponunt Franzk. de laudem. c. 10. Schilt. Exerc. XVII. §. 84.

§. 8. Colonia perpetuaria secundum jus civile non differt à reliqua locatione v. Cujacius ad rubr. C. de jure emphyt. Species hujus deprehenditur in Lash. Guth quo per contractum jus percipiendi fructus fundi in incertum tempus pro pensione certa einen Lash. Zins alicui conceditur, donec genuina revocandi causa existat Schilt. d. l. §. 86.

§. 9. Habet sua peculiaria die Land- siedeleyhe. Definitur contractus, quo dominus pr̄dia rustica indefinite, scriptura de super confecta & acceptis à Colono rever salibus, pro certa pensione, ut ædificium conservet, pr̄dia colat omniaque ad normam juris colonarii provincialis faciat, con cedit. vid. L. B. de Lynker, Tabor, B. Struv. aliique de jure col. provine.

§. 10. Jus emponematum sive bipalii explicant Berger, Schilter dissert. ad confit. Argentor. subject.

§. 11. Est & contractus, licet ad pecora spectans sociæ, in quo colono pro certa mercede pecora estimata locantur, ut

Li 2 peri-

pericula & casus illorum ad eundem spe-
ctent. Unde Eisen Vieh. Si casus tamen
eveniat plane fatalis, ubi grege per sociam
alteri dato, ejus insignis pars pereat, remis-
sionem petenti secundum aequitatem sub-
venitur v. Rauchb. P. II. 29. 13. Tabor. diss. de
sociis. ubi plures modi, quibus initur.

TIT. XVI.

De Mandato.

§. 1.

Mandatum est contractus, quo negotium
malicii gratis gerendum committitur.

§. 2. Divisio ejus recensetur pr. J.b.t.
Sed vereor ne inutilis sit, in omni enim man-
dato, alias à consilio non differret arg. §. 6.
d.l. nec actio inde mandanti nasci posset,
arg. l. 31. ff. locati l. 3. de O. & A. mandantis inter-
esse debet. Atque in hunc finem mandatum
principue cœpit Franzk. b. t.

§. 3. Quamvis per naturam rei sapis-
fime fiat, ut nostræ utilitati aliena innecta-
tur. In nostram tamen primario contrahi-
mus arg. §. 19. de inutil. stipul. Neque obstant
l. 6. §. 4. & §. 3. J. b. v. Franzk. d. l.

§. 4. Dividitur tamen utiliter in taci-
tum & expressum, prout vel iussu ex fertis
verbis facto initur, vel ex facto v. c. præsen-
tia

tia & taciturnitate colligitur l. 6. §. 2. d. 1. 40.
b. t. Circumstantiaz hic probe examinandæ
 v. l. 8. §. *invitus de procur.* Bachov. ad Tresul. I. 27.
 §. L. F. Rationem ipsi dedimus t. III. §. 5. *supr.*
 dividitur ulterius in judiciale & extra judi-
 ciale. Ab illo dicitur procurator, ab hoc
 mandatarius. Illud nomine heredum concipiendum R. I. 1654. §. Damit auch zum vierde-
 ten. In camera ad omnes causas dirigendum
 Blum. ad Proc. Cam. t. 67. n. 25. vid. Processuist. In
 hec sufficit seria voluntas citra tales affectio-
 nes, vel similes clausulas. Est etiam vel
 universale vel generale vel speciale vid Mozz.
 de contract. t. de mandat. c. de divis. mandat. ubi
 plenior horum declaratio.

§. 5. Negotium quod mandatur, tale
 esse debet, ut commode per alium obiri
 possit. Hinc juramentum, comparatio in
 criminalibus &c. regulariter mandari ine-
 queunt. Excipiuntur jure Romano legis
 actiones & actus legitimi l. 77. de R. I. l. 2. §. 6.
 de O. I. Sed utilius adjicimus hos, quod etiam
 iura personalia per alium exerceri posse
 ceteris paribus Schilt. b. t. §. 77. 78. ubi & de
 comite palatino per mandatarium creante
 §. 79.

§. 6. Non tamen alteri mandare pos-
 sum, quod mihi mandatum, si simul specia-
 tim meam industriam, primum mandantem

elegisse credibile sit, id quod ex negotiis magnitudine alias & capacitate mandatarii, artificio &c. colligitur vid. l. 8. §. 3. ff. h. ibi que commentat. Salycetum aliosve.

§. 7. Gratis expediri debet, ne mandatum incidat in locationem & conductio-
nem l. 36. b. t. Honorarium hic non excludi-
tur l. 6. b. t. Consultum est, illud distinctius
describere propter §. 6. 7. l. 56. §. pen. b. t. Sive
incontinenti adjiciatur sive ex post facto,
non interest Franzk. 26. 36. b. t. petitur & non
promissum eo casu, ubi mandatum tali, qui
sine honorario propter vivendi genus, se
non accingit ad mandatum, vel mores de eco-
dem disponant. v. l. i. §. 10. de extraord. cognit.
Carpz. L. III. Resp. i. n. 17.

§. 8. Insuper omni diligentia, ne le-
vissima quidem culpa admissa mandatum
exequendum est l. 21. C. b. t. quandoque in-
propria persona per §. 6. præc. & præcipue ad
mandati tenorem. Neque per æquipollens,
nisi prorsus idem sit, hic aliquid audiendum.
v. l. i. §. 1. b. t. & Pufend. de I. N. & G. IV. 5.

§. 9. Hinc expedit personas, locum,
tempus, aëtus singulos exprimendos cura-
re, ne re in pejus desinente, mandans in-
alium sensum mandatum torquere, in * con-
silio vel commendationem resolvere, plane
negare &c. posit. Confer hic §. 20. C. C. p.

464. Si

¶ 64. Si tamen generalis formula adhibita, sufficere credibile est, si mandatarius more aliorum hominum prudentum speciale medium eligat, hoc referrem casum, si dictum mit ehestor sicherer Gelegenheit zu schicken, ubi publico tabellario credidisse satis erit, vel alii idoneo. Aliter C. C. d. l.

* Est horum sepe à mandato difficilior distinctio. Consilii characteres sunt, utilitas consulentis, præcedens petitio, generalitas, omissione crebrioris instantiae &c. Commendatio est quoque rerum laudatio apud alium, citra accendentem jussum, quid agere debeat. Subsistit in generalibus quamvis inter mercatores, ceteris sine dubio paribus, mandato equiparetur, vid. Carpz. p. 11. Const. 18. d. f.

§. 10. Semel licet suscepit mandatum, attamen renunciatione iterum declinari potest, modo tempestive fiat. Vinn. ad §. 11. 3. b. t. si scilicet, non adsit causa renunciationis, nam si adsit justa causa semper renunciatio locum habet. Modo exorto impedimento, statim illud mandanti indicet, alias indemnus servandus foret v. l. 27. §. 2. b. t.

§. 11. Qui mandati fines excedit, non tantum versus mandantem agere nequit, sed & ipsi ad interesse tenetur. l. 10. C. vid. diff. procurat. obligat. §. 4. sequent.

§. 12. Tandem mandatarius restituere jubetur omne id quod mediante mandato atque ejus ope lucratus est , licet contra mandantis voluntatem l. 10. §. 3. Modo ex re ipsius. Unde usuras solvit propter moram , vel pecuniae usum vel culpam l. 32. § 2. 1. n. §. 1. de usur. Actionum acquisitarum cessio hodie frustranea Schilt. X. 47.

§. 13. Vicisim mandans mandatarium indemnem servare debet , unde spoliato à Iatronibus vestes restituendas volunt. DN. Klein. not. ad Lauterb. b. t. Refundenda ipsi præcipue expensæ cum usuris d. l. 32. de usur. quæ quidem æstimandæ sunt ex persona mandatarii non mandantis l. 27. §. 4. Licet res non feliciter processerit & mandatarius salarium acceperit l. 10. §. 1. 1. 56. §. f. 4.

§. 14. Finitur mandatum præter renunciationem , revocatione mandantis & morte. Revocatur mandatum non saltim expresse , sed etiam tacite v. c. statu mandantis mutato v. Bach. I. 27. 6 L. S. Modo revocatio innotescat mandatario , nam si ignorans eam mandatum implevit , indemninandus est l. 15. b. t. Quomodo procurator judicialis ab officio exoneretur , tradit Gail. L. 1. O. 46.

§. 15. Morte , quia singularem amicitiam supponit , sive mandantis sive mandatarii evanescit l. 57. b. t. Modo res adhuc sit integra

integra & mandatarius sciat mortem. Nam re inchoata semel connexa adimplenda sunt, etiam ab heredibus mandatarii arg. l. 13. de tutel. & rat. distrab. Franzk. n. 101. b. t. Alias exceptio traditur l. 12. §. 1. l. 13. b. t. v. Vinn. ad §. 10. J. h. t. n. 2.

§. 16. Competit mandanti actio mandati directa seu è perpetua atque primaria obligatione orta, ad executionem mandati descriptam & interdum ad interesse, plane restitutionem in integrum, si procurator non solvendo concedunt Gail. l. 45. Carpz. I. 1. d. 23.

§. 17. Competit mandatario actio contraria, seu ex secundaria obligatione orta ad consequendam indemnitudinem & interdum honorarium. Si b. f. fines mandati excessit & mandans locupletior inde factus est, datur mandatario actio negotiorum gestorum arg. t. t. de N. G. Neque divisionis beneficium, si plures ipsis denegatur. vid. supr. t. IV. §. 8.

T I T. XVII.

De Societate

§. 1.

Societas est contractus de rebus factisve, inter aliquos lucri atque quæstus causa communicandis initus itidem expresso tac-

ti

tove

tove consensu l. 4. b. 1. Sed opus est, ut fā-
Etum sit valde palpabile, ut vix aliam, quam
societatis conjecturam admittat, v. Carpz. L.
V. Resp. 20. n. 8. Cujac. in paratit. b. t.f.

* * *

Quamvis de hoc non conveniat inter JClos v. DN.
Thomas. ad Hub. b. t. consuetudini hic mnl-
tum tribuendum, que societatem ipso factō sa-
pe introducit. Leeuvv. 624.

§. 2. Pro finium, temporum & obje-
ctorum diversitate varie dividitur. Vel enim
ad defensionem tempore belli initū etiam
inter privatos, quorsim refer admiralitatem,
quam plures navium domini communis de-
fensionis ergo constituunt vid. Grot. introd.
ad jus Belg. c. 2. Vel tempore pacis Masko-
pey mercatoribus dicta.

§. 3. Est vel universalis, vel genera-
lis, vel rei specialis. Universalis exemplum,
quia vix aliud suppetit, adfertur conjugum.
v. late Huber. ad ff b.t. Leeuvv. IV. 23. qui
tamen minus commode conjugum commu-
nionem societatem dici adductis differentiis
ostendit n. 22. sequ. Imo notissimum totam
hanc communionem non ubique practicari,
sed emporiis fere includi.

§. 4. Generalis five bonorum simpli-
citer spectat ad ea, quæ ex quæstu & nego-
tiacione proveniunt, non ad bona fortunæ

v. c. hz-

p.c. hæreditates l.g.b. Particularis in certa re-
certave negotiacione terminatur l.s. pr. Hæc
utraque, non autem universalis in dubio pre-
sumitur v.c. si inter fratres, qui in commu-
nione manferunt &c. Iis sit, Carpz. III. 15.
45. seqq.

§. 5. Circa personas nil speciatim no-
tandum. Imo cum Judæis societatem inire
licet, coram magistratu tamen R. 1. 1558 §.
diesen zui begegnen. Si mercaturæ ergo ini-
tur, excluduntur personæ, quibus commer-
cia exercere interdictum. Generatim ex fine
liquet sitne licita an non certis personis. Un-
de p.c. tutor non potest inire societatem cum
alio de vectigale conducendo. l.un. C. ne tut.
cur. vectigal.

§. 6. Initur Societas, ut vel ab utra-
que parte res vel ab altera operæ, vel utrin-
que operæ in commune conferantur. Struv.
b.t. XXII. §. 21. Traditio hic non requiritur,
quæcumque societas sit inita arg. l.3. b.t. Nec
actionum cesio ut communes fiant, quia
hodie facilis illas in alium transferimus,
uti jam aliquoties vidimus.

§. 7. Quid communicatum sit docet
partium conventio, quæ nunc sola accessio-
ria, nunc rem principalem complectitur.
Frantz. n. 45. b.t. Si nil dictum, res sunt in
communi dominio revocabili tamen, & pe-
riculo

periculo vid. Schilt. b. t. §. 3. sequ. Quod si una pars operas, altera sorte contulit, collatio saltim qua lucrum, non qua ipsam sortem facta intelligitur. vid. Felic. de societ. c. 9. n. 48.

§. 8. Habet societas jus quodammodo fraternitas l. 63. b. t. hinc maxime æquilitas in eadem attendenda est. Æstimatio ejus desumitur à collatis rebus operisve, sive conventum inter contrahentes de partibus sive non sit conventum. l. 6. b. t. Sed annon per modum donationis aliter res ordinari potest? N. l. 5. §. 2. Scilicet jura nonnullis vividentur, ut quis recte & veluti per infidias bonis suis exueretur. Verum, ut donatio esset generosa & aperta liberalitas. Finita societate itaque de sorte collata liberum erit promittere ac stipulari sicuti partibus æquum videbitur, Aliter Franzk. prolixe b. t. DN Stryk in C. C. b. t.

§. 9. Obligatio sociorum inter se est, ut bona conferant, vel interesse præstent. Bachov. ad Wesenb. b. n. 2. ut collata fideliter & debita diligentia administrent. Pro illo incumbit socio omnem quantum sincere inferre l. 77. l. 74. b. t. Ratione eorum, quæ solus administravit designationem juratam confidere Richt. d. c. 58. n. 13. reddere rationes

nes, moribus etiam non finita societate DN.
Thomas. ad Huber. b. t. 7. §. 4.

§. 10. Diligentiam adhibere debet, quam suis rebus * adhibere suevit. §. 9. 7. b. 1. si damnum culpa levi dedit illud restituendum Carpz. II. 26. 12. Neque compensare potest lucrum industria quæsitum, cum dato damno l. 25. 26. b.

* Repete dicta ad tit. VII. & X. §. 8. ne crudeni-
mis hoc intelligas.

§. 11. Impensæ, quas socius utiliter facit restituendæ. l. 38. §. 1. b. Neque plus à se invicem exigunt, quam salvo competen-
tia beneficio dare possunt §. 38. 7. de act. nisi socios se esse negaverint vid. plura Felic. d.
trañ. c. 31. Hoc vere beneficium ad debita ex societate orta JCti restringunt v. Klein
not. ms. ad Lauterb.

§. 12. Exigunt autem socii descripta à se vicisim actione pro socio. Qua & cau-
tio petitur, si forte societate finita lucrum aut damnum futurum esse credatur vid. Tho-
los. jur. univ. p. III. c. q. n. 22. Doli condemnata
turn socium plane infamia sequitur l. 1. de his
qui not. infam. sicuti dolosum mandatarium.
Quod & hodie obtinere nec à judice fa-
mam reservari posse testatur DN. Stryke II.
M. de his qui not. infam. §. f. vid. Carpz. cit. ad
§. 14. tit. XI.

§. 13. Te-

§. 13. Tenentur quoque socii extraneis, si vel unus tanquam iustitor sive tacite sive expresse præpositus Mev. ad jus Lubec. L. III. t. 9. a. 5. n. 7. Vel si r̄es comparata in usum societatis versa Felic. c. 31. Vel unus sociorum societatis nomine & secundum legem societatis contrahit Felic. d. I. n. 7. Sed hoc casu, an in solidum? A. Carpz. II. 17. 12. N. Mev. adjus Lub. d. I. quem sequitur Lau-
terbach. *dissert. de obligat. soc. & Schilt. b. t. §. 9:*
sequ. ubi & de beneficio divisionis ratione
casuum priorum §. 12.

§. 14. Solvitur societas morte etiam unius e sociis licet plures fuerint. Neque pro heredibus societatem contrahere licet, ne quidem juramento accidente vid. tamen Schilt. d. I. §. 5. Renunciatione modo tempe-
stive & absque dolo fiat Felic. c. 35. Rerum publicatione. Negotio finito propter quod imibatur L. 63. l. 65. b. Tempore à contrahen-
tibus præfinito.

§. 15. Divisio rerum non potest peti
actione pro socio, sed iudicio communis di-
videndo. Usus est in eo, quod in iudicio
hoc locum non habeat beneficium competen-
tia, quod actioni pro socio certo effectu ob-
stabat. v. Franzk. *Read tit. commun. divid. n. 4:*
sequ. & b. t. n. 93:

T I T. XVIII.

De Contractu Chirographario.

§. 1.

CONTRACTUS chirographarius est contractus, qui data confessione in scriptis obligat scribebentem ad agnoscenda in scriptis contenta. Confitemur in scriptis autem varia v.c. acceptiōnēm dotis, depositi &c. Sed in hoc contractu agitur de numerata pecunia adeoque de mutuo tantum.

§. 2. Obligat autem scriptura demum post biennum, non ante, quod solide demonstrat Huber. *ad I. b. t. §. 4.* Inde est quod antea exceptio non numerata pecunia opponatur, quia ante auctor se fundat in numeratione. Indeque simul constat, quod post biennium exceptio hæc plane non quadret, quia tunc auctor se fundat in scriptura, non in mutuo. Falsa igitur est limitatio, quod post biennium reus audiatur, modo exceptiōnem probare velit. Opponenda est tempore elapsō exceptio chirographi non scripti, hæc enim fundamentum ferit. *vid. l. 4. authent. sequ. C. de non num. pecun.*

§. 3. Est igitur plane à reliquis distinguita species hæc obligatio *S. un. J. b. t. l. 8. C. de ta-*
Nec

512 Tit. XVIII. De Contractu chirographario.

Nec chirographum transfert post bienium probationem, sed novam obligationem producit *dicitis uxx*. Atque officium suum, quod alias in probatione consistit, in toto hoc negotio perdit.

§. 4. Alias de scriptura regula est, quod probet contra scribentem, donec ille evidentissime contrarium ostenderit *l. 13. C. d. t. l. 25. de prob.* Sed hic in gratiam facilium debitorum aliud constitutum, quia propter pecuniae spem quævis scribere ac promittere presumuntur.

§. 5. Quamvis vero obligatio chirographaria mutui cancellos non egrediatur: exceptio tamen non factæ numerationis etiam in aliis contractibus opponitur, sic pignoris constitutioni *l. i. 2. C. si pign. convent. num. pecun. secut. confessioni dotis, apochæ &c. eadem obstat Lauterbach. compend. p. 170.*

§. 6. Excluditur autem hæc exceptio tempore à lege definito elapsio, quod nunc biennium, decennium &c. Agnitione expressa & tacita ex post facto *l. 4. C. b.* Non autem renunciatione, nisi statuto introductum, *Sand. III. 2. 1.* Neque jurata hic obest, nisi juraverit quis in chirographo se accepisse, non autem se restituere velle. Renuncians quoque ex post facto hac exceptione amplius non utitur.

§. 7. Ho-

§. 7. Hodie literæ per se obligationem non pariunt Stryk. c. c. 5. 2. 7. Ubi tamen processus executivus viget, actori ex instrumento guarentigato agenti nullæ exceptiones, nisi quæ in continenti probari possunt, efficaciter opponuntur. Ubi vero chirographa ad probationem ordinariam remittuntur, ibi reo salva est consueta reprobatio Carpz. i. 3², 65. vid. distincte Schilt. XXII. 19. & multis sequent.

§. 8. Quotiescumque vero reus causa confidit, potest per conditionem indebiti in reconventione suum recuperare. Qui, ceu dictum, literæ quidem executionem facilitant & accelerant, non vero sole sufficiens obligationis fundamentum moribus constituant.

TIT. XIX.

De Permutatione.

§. I.

PErmutatio est contractus de re sub hac lege danda, ut vicissim alia recipiatur. Initur hodie solo consensu ad res certas determinato. Idque ex naturali connexione dogmatis de validitate pactorum semel recepi p. §. i. r. n. b. L. Leeuyv. IV. 13. 7. quamvis
Kk forte

forte permutatio tale negotium minus com-
mode & rectius contractus de permutando
dicatur. Dissentit Carpzov. II. 33. 23. sed vid.
Stryk. ad Lauterb. b.t.

§. 2. Permutantur res in commercio
omnes, etiam pecunia cum pecunia, vel pe-
cunia cum rebus aliis, modo hoc casu non,
ut pretium & mensura valoris, sed ut nuda
res seu corpus detur Manic *detacit.* & ambig.
convent. XXV. tit. 3. n. 4. Nec obest huic con-
tractui, quod res fuerint venui expositæ, re-
spicienda enim est contrahentium intentio.
v. Pinel. ad l.l. 2. C. de resc. vend. p. 2. c. t. n. 15. se-
quent.

§. 3. Permutatio tota valde ad finis est
emtione præcipue hodie pœnitendi licentia,
exclusa. Hinc re aliena, vitiosa, oneribus,
servituti, pignori obnoxia tradita &c. eadem
dicenda quæ §. 28. seq. tit. XIII. allata sunt.
differt tamen ab emtione, quod laudemium
hic non solvendum, nec jus retractus sibi
locum hic vindicet. Tholos. jur. un. III. 25. t.
22. 3. Carpz. II. 31. 16. II. 39. 15.

§. 4. Annotari solet & haec differen-
tia, quod in emtione usucapiendi conditio-
nem transferri sufficiat, hic autem ipsius do-
minii translatio exigatur. Sed titulus per-
mutationis refertur inter justos titulos usu-
capiendi l. 4. §. 17. vid. DN. Thomas. ad Hu-
ber.

ber. prel. b. t. n. 3. Nec obstat l. 1. §. 3. quia & ex post factio emtio venditio rei alienæ nulla dici potest.

§. 5. Illud verosimilius, quod hic dominium non transeat, nisi alteri fides de re vicissim danda sit habita. Item quod periculum sit ejus, qui accipere debuit per argumentum Aristonis in l. 2. b. t. Quod hodie adhuc stat imo auctum est per §. præc 3. Cesat quoque conductio ex capite pœnitentia. Unde satisfit Celso in l. f. cond. caus. dat. caus. non secur.

§. 6. Possunt permutationi fere eadem pacta p. c. de re permutando, legis commissoriæ additio in diem &c. adjici, quæ in emtione vidimus. Sunt non alia contraria. Obstant eisdem exceptiones agenti ex hoc contractu. v. c. rei non traditæ, lœsionis ultra dimidium &c. quæ vel mediocriter cogitanti sponte occurunt.

§. 7. Datur ex hoc contractu actio præscriptis verbis seu hodie in factum, qua contrahentes petunt à se mutuo, quæ hujus negotii indoles ipsis injungit. Ad quæ actio-nes ex contractu emti extensæ, ad eadem & hæc porrigitur, nisi manifesta diversitatis ra-tio demonstretur arg. l. 2. b. t.

TIT. XX.

De Contractu æstimatorio.

§. 1.

Contractus æstimatorius est, in quo res certo æstimata pretio datur, ut accipiens, vel rem illam reddat, vel premium conveniūtum solvat *l. i. b.* Competit hic danti rem revocandi licentia, quamdiu non est vendita, cum in geminum eventum contrahatur. Modo circitor indemnisi servetur.

§. 2. Obligatur itaque, qui rem dedit, ad mercedem, quæ nunc moribus civitatis determinatur, nunc in eo, quod ultra æstimationem circitor accepit, constituitur *l. i. b. t.* nunc expresse definitur ab utroque contrahente. Quo ipso tamen penitus non incidit in locationem, quia hic periculum transfertur in accipientem circitorem, si rogatione sua contractui initium dedit *l. 17. P. V.* quod non obtinet in locatione.

§. 3. Tenetur circitor ad dandam operam, ut rem vendat, aut ut solvat id, quod interest, si negligens apparuit *arg. l. i. b.* Imo ad periculi præstationem in casu mox explicato *v. d. l. i. §. i. b. collat. l. 17. Praescr. verb.* Re vendi-

vendita pretium restituit, cum usuris plane,
frin mora fuit. l. 32. de usur.

§. 4. Ceterum in toto hoc negotio
diligenter videndum quid actum, si enim
quis dicat, se rem pro hoc vel illo pretio qui-
dem accipere velle, ita tamen, ut alteri in
casum non secutæ venditionis remancipare
possit, proxime accedit ad emtionem, cum
pacto de retrovendendo. Si circitor dicat
se rem recipere & experiri velle, an pretio à
dante præscripto vendere possit, nunc man-
dato, nunc locationi similior contractus erit,
prout vel gratis, vel accepta pecunia pro-
missum executus fuit. Variabit & his cassi-
bus præstatio periculi æque ac in iis, quos
ex Ulpiani l. 17. de P. V jam indicavimus.

§. 5. Adjicitur in aliis quoque negotiis
æstimatio & quidem vel taxationis* gratia,
zur Nachricht vel venditionis, quantum pro re
præstandum foret. Si ex verbis non liquet,
quæ æstimatio adjecta, præsumitur in trans-
lativo dominium contractu posterior, in aliis
prior. Burgund. tract. de peric. & culp. cap. 12.

* An gradus diligentiae minimum hæc augeat A.
Franzk. ad tit. commod. n. 44. N. Burgund d.l.
Sed tu confer dicta tit. VII § 6 7.8. sequ.

§. 6. Actio æstimatoria, quæ hinc ori-
tur, datur ad præstanta descripta §. 3-4 mi-
tatur
Kk 3

tatur naturam negotii ac conventionis. Ut more actionum in factum saltim facti circumstantiarum probe sint explicandas.

* Propter necessitatem formule, quia minus feliciter adhibita actor causa eadebat sudat Ulpian. d. l. i. b. de negotii nomine. Cum vero non uno eodemque modo illud geri animadvertisset ad hancos contrahentes allegat, ut genuinam sibi prescribendam curarent. At hodie ipse actor vel ejus advocatus formulam scribunt, & judicis sufficit videre, quod actio competit, licet nomen ejus accurate dici nequeat.

TIT. XXI.

De reliquis Contractibus in nominatis.

§. i.

Definitionem dedimus tit. I. §. 10. Referuntur scil. huc negotia, ubi res cum re, factum cum facto, & mixtim factum cum re commutatur. Unde quatuor articulos. Do ut des, do ut facias, facio ut des facio ut facias producuntur. Plures enim haec vocabula inter se transponi nequeunt. Licet rei veritate inspecta saltem bini in effectu sint. Nam primus est ipsa permutatio,

v. Cu-

v. Cujac ad C. paratit. b. t. Strauch XVI. §. 1.
Franzk. n. 23. b. Secundus solo verborum vel
præstationis ordine differt à tertio.

§. 2. Disputatio, quomodo do ut facias à locatione differat practice inanis est, cum uterque hodie solo consensu perficiatur. Hoc interest quidem, quod non pecunia, vel factum locabile, sicut in locatione exigatur, sed res omnis, factum honestum omne sufficiant. Verum unice ad efformandas utriusque definitiones, non ad ostendendos diversos juris effectus hæc spestant.

§. 3. Hinc ejus. qui factum promisit eadem erit obligatio quam descripsimus § 20. m. XIV. & §. 39. Neque necessarium esse puto, ut dans dominium rei transferat, præcipue cum raii adduci soleat, quod alias non subesset causa, in qua fundari possit obligatio. Hodie enim obligatio consensui innitur, sicuti in locatione, ergo eadem præcepta hic veniunt applicanda. Nulla hic amplius commemoranda causa.

§. 4. De formula actionis, si post factam unius contrahentis, alter cesset, dare non convenit inter auctores l. 5. §. 3. l. 15. & 22. P. V. Sed propter actiones in factum semel in Germania receptas caremus his tricis. Accedit in favorem actoris libello sèpius allegata clausula salutaris.

510 Tit. XXI. De Contractibus iunominatis.

§. 5. Illud naturam pacti apud Germanos necessario consequitur, quod qui dedit, non ad repetitionem agere posse, sed ad implementum facti. Stryk. ad Lauterb. b. t. & supr. rit. V. §. 9. 10. Modo dantis intersit factum adimpleri. Nam alias negotium habebit rationem donationis sub modo, quae deficit modo deficit. t. t. C. de don. quae sub modo. Neque putaretm distinguendum hoc casu, an malitia humana, an vi majore quis impediatur faceret. Quia modalis donation est pura hoc casu, sed conditionalis, licet figura verborum desit. Præcipue in communi exemplo: Dabo 100, ut Cajam das, in quo datum rationem dotis habet, quae siue nuptiis non intelligitur, verosimilius dicitur, quod indistincte repetitioni locutus sit.

§. 6. Sed quid si easu impediatur facturus. Sane non consensisse veteres ultro fatetur Carpz. II. 35. 24. Ulpianus in l. 3. §. 2. & l. 5. pr. videtur respicere ad damnum, quod facturis passus est, ut si nil intersit ipsius casu fuisse impeditum repetitio competit, cui consentit Paulus l. 5. §. 2. P. V. Atque ad hanc æquitatem hodienum, quotiescumque factum locari insolitum in obligacione est respiciendum puto. Quod si vero factum sit locari solitum repetitio dabitur, ni

per

Tit. XXI.
per dantem s.
tus l. 15. §. 6.
dat. §. 6.
§. 7. F
tuntum ubi co
led quoque,
aliquid veliden
quid opus or
conventione
actio.

* Iff. Roman
scriptis ver
cipientibus c
eam tangi
sent, mod
actionem p
Multi magis
limitat, q

Clamium e
Clemum lite
qui eas adfer,
conditum vnoore
piendam

per dantem sletterit, quo minus effectus se-
cetus l. 15. §. 6. de locat. v. II. M. de cond. cauf.
dat. §. 6.

§. 7. Facio ut facias articulus est non
tantum ubi contrahens aliquid rursus exigit,
sed quoque, ubi permittitur aliquid, ut
aliud vel idem permittatur v. l. 5. §. 4. b. Sed
quid opus omnes species recensere, sufficit
conventionem talem esse, ut inde detur,
actio.

* *Ipsi Romani hunc in usum paraverunt tit. pre-
scriptis verbis, ut deficiente actione civili, defi-
cientibus contractu nominato & innominato ad
eam tanquam sacram anchoram confugere pos-
sent, modo conventionis aequitas dandam esse
actionem suaderet Huber. de P. V. §. 7. pral.
Multo magis Germania nostra non sine remedio
dimittat, qui suum petiturus est Schilt. XI. 21. f.*

T I T. XXII.

De Cambio.

§. 1.

Cambium est contractus, quo primus ad
tertium literas dirigit, ut solvat secundo,
qui eas adfert, certam pecuniae summam se-
cundum tenorem literarum avisoriarum reci-
piendam.

Kk 5

§. 2. Pn.

§. 2. Primus seu literarum scriptor dicitur trassans, & actus ipsius trassa. Secundus præsentans. Tertius acceptans, si scilicet acceptat.

§. 3. Formula est, ut exprimatur receiptio valoris. Bifariam ordinarie, vel valorem à me ipso, den Wertz von mir selbst / vel valorem accepi: den Wertz von N. empfangen. Istius usus est, si litteræ trassantur ad debitorem. Hujus autem, si præsentans valorem solvit. Adeoque pro cessionario habendus est hoc casu, illo autem pro procuratore.

§. 4. Si litteræ valorem receptum esse testentur à trassante per manus præsentantis, acceptatio infœcta indistincte strinquit acceptantem, quidquid postmodum accidat trassanti per infortunium, aut fallimentum.

§. 5. Non autem sufficit exprimere valorem generatim, sed quoque genus adjiciendum. Tum ut trassans literas in subitaneo fallimento vindicare possit, si valor in litteris cambii, vel datis vel promisis constitut. Tum ne acceptantes, quibus trassantis status notus alias, decipientur temere acceptando.

§. 6. Acceptatio fieri debet sine conditione, nec pro parte, nec oretenus, sed sub-

subscriptione. Observandum itidem tempus, ut ne tardius acceptentur. Omnis enim his requisitis destituta acceptatio, facit locum protestationi. De tempore tenendum, quod vel literæ trassentur ad certum diem alicujus mensis solvendæ, vel statim post visum, vel certo tempore post visum præterlapsò, vel ex consuetudine, vulgo: a usu. Quod communiter de mense accipitur. Caveat præsentans ne indulgeat dilationem, vel insuper habeat acceptancem illegitimam.

§. 8. Sæpe præsentans literas alii cedit, quod indossare vocatur. Hic opus est, ut non saltim perscribat in tergo schedulæ, ut, acceptans novo præsentanti solvat, sed quoque valorem hoc vel illo modo fuisse receptum. Alias enim indossans manet schedula dominus, ut ipsius creditores de eadem disponere possint, si fallimentum forte interveniat. Præsentans enim hic procurator habetur.

§. 9. Præsentantis munus variat, prout literæ vel acceptatae vel rejectæ fuerunt. Illo casu, ut solutionem sueto arresti processu urgeat. Quo tamen sibi contra trassantem regressum servet, utrique casu de litteris non acceptatis, vel non solutis protestari debet.

§. 10. Protestatio obtinet toties, quoties vel acceptatio non facta, vel non debito mo-

to modo v. §. 6. facta, vel facta, sed solu-
tio dilata. Prorsus non attenditur sub quo
prætextu literæ recusatæ, indulxæ sunt tamen
certæ dies, si litteræ acceptæ postquam dies so-
lutionis venit prorogandæ protestationi. Tem-
pus hic est continuum, ut tamen proximo
die post terminum hujus indulti adhuc vali-
de protestetur. Quarum dierum usus quo-
que est, si litteræ sub specie non recepti avi-
sori, vel non receptæ provisionis planæ re-
cusatæ fuerunt.

§. 11. Modus protestandi non unus
est, vel coram Notario & testibus, vel coram
judice in scriptis, quæ continent ipsas litte-
ras cambiales. recusationem cum causis, vel
frivolum solutionis morum. addita insuper
indossatione. Authenticum cautius retine-
tur & exempla tantum communicantur, in-
terdum tamen solutio recte recusatur v. g. si
acceptanti innotescat trassantem, qui litteras
hic pro litteris accepit mox decocturum,
præsentantem dolose agere. Et quod præ-
cipuum atque maxime necessarium, si sibi
conscius sit, quod trassanti nil debeat.

§. 12. Effectus protestationis est, ut
trassans vel indossans interesse solvant, cum
præmio trassationis vel retrassationis Auf-
Wechsel und Wieder, Wechsel. Trassans re-
gulariter tenetur ad præmium trassæ primæ,
si ad

si ad alia loca litteræ transcriptæ solutio in-
cumbit indossanti. Exceptis quibusdam ca-
sibus. Interesse hic nunquam peti potest,
petitur tamen interesse dicti præmii. Finitur
hæc petitio, secundum ordinaciones.

§. 14. Trassanti patet regressus contra
acceptantem, interdum & contra acceptare
nolentem, si trassam expetiit. Ceteroquin
enim, licet sit trassantis debitor, ad indemni-
ficationem non tenetur. Quia debitor au^{to}-
ritate judiciali, non trassatione ad solutionem
cogendus est.

§. 15. Adeo necessaria est protestatio,
ut nullo alio actu suppleatur vel scriptura.
Si tamen acceptans ad quem literæ dabantur,
non sit debitor trassantis & præsentans valo-
rem solvit, recte omittitur protestatio.

§. 16. Protestatio interposita notifican-
da est certo tempore trassanti vel indossanti,
ut hic litem veluti denunciet trassanti. Pe-
tenda simul executio, contra ultimum indos-
santem, quo ad primum trassantem deveniri
possit. Tempus hic pro ratione indossatio-
nis variat & multiplicatur.

§. 17. Actionis ex negotio ortæ sunt
actio præsentantis contra acceptantem hujus
contra trassantem. Licet saltim litteras ac-
ceptaverit honoris ergo de actione præsen-
tantis contra trassantem est in §. 13. proces-
sus

sus summarisimus , per arrestationem fit ini-
tium.

§. 18. Affinia sunt Credit-Briefe/Wech-
sel-Scheine und disconte. De illis in expli-
catione ut & de cautelis. Disconte autem
sunt contractus , quo Mercator tabernario
merces fide ad certum tempus habita , ita
vendit , ut si solutione particulari citius præ-
finito minutatim nomen expungere velit ,
semper certa pars ipsi remittatur.

TIT. XXIII.

*De Contractibus, qui aleam con-
tinent.*

§. 1.

Quid sint contractus , qui aleam contine-
re dicuntur , significat satis ipsa vox alea
adjecta. Huc refero sponsionem , quæ con-
sistit in mutua conventione , ut ei qui de cer-
to casu verum dixit , præstetnr aliquid in
præmium.

§. 2. Cum species sint conditionalis
mutuæ donationis , ineuntur ab iisdem per-
sonis , quibus rem suam gratis in aliud , trans-
ferre , seu donata licet. Ineuntur de quovis
eventu , factove honesto , nec reipublicæ ni-
mis fatali *vid. suvr. tit. V. §. 4.* Ut eventus ali-
quate-

quatenus civitati sit noxious non obest, uti
quotidie videmus & audimus.

§. 3. Opus nihilominus est, ne falla-
cia insit conditioni & in verbis ludatur. Tum
ne pars una manifesto sciat veritatem, debet
enim res esse incerta. Tandem leges pro-
vinciales s̄pē modum sponzionibus præfinie-
runt, pro personarum statu & conditione,
vid. II. M. tit. de aleat.

§. 4. Oritur inde actio ex spōnsione
ad petendum rem promissam. Pro illicito
negotio quidem habet omnem sponzionem
Voet. ad d. t. ff. sed ratione plane incongrua
à conditione captatoris desumpta in ultimis
voluntatibus, quippe hic non vitæ infidia,
mutatio voluntatis fraudulenta &c. timendæ
sunt, vid. quos citat Leeuvv. IV. XIV. II.

§. 5. Cum sponsione valde conve-
niunt ludi, ut ejus speciem plane dixeris,
videtur enim partes spondere in casum vi-
ctoriæ, ut ipsi à victo certum præmium de-
tetur. Adeo ut ludi per se nihil turpidinis
contineant, modo facta turpia non interve-
niant.

§. 6. Jus Romanorum distinxit inter
licitos & illicitos. Ad hos referebant ludos
ubi sola fortuna dominatur ut aleæ t. t. de-
aleat. Ad illos ludos, quibus corporis agili-
tas exercetur & ad bellum præparatur. Vir-
tutis

tutis causa, quæ certationes fiunt uti loquitur Paulus in l. 2. §. 1. π. b. vid. exempla plura in l. 1. & f. C. d. t.

§. 7. In illicitos multas pœnas constituebant: ut denegationem actionis quæsumum petendi condictionem indebiti ad repetendum solutum, etiam à magistratu instituendam, immunem læsionem hospitis vid. t. t. C. b.

§. 8. Apud Germanos summa iudiciorum licentia fuit antiquitus Tacit. de M. G. c. 24. Actio tamen denegari cœpit Edrecht i. 6. Weichbild art. 101. vid. R. I. 1570. §. 211. Repetitio autem non indulta. Quod & hodie ita se habet Leeuvv. d. l. n. 10. Coler. 173. n. 7. Ubi tamen invalida est donatio v. c. si in officia non insinuata, ab inhabili facta &c. ibi quoque invalida erit iudi obligatio, seu quæsumum retinendi potestas. Quid si chirographum datum, vel literæ cambiales, vel transcriptum de pecunia in ludo perdata? vid. II. M. d. t. 7. sequ. Scilicet mores variant in doctrina de instrumento guarentigato.

§. 9. Præcipue aleam contineat assecuratio. Quæ est conventio, qua quis rei alienæ, vel quæstus periculum ea lege recipit, ut re salva manente, ipsi certum præmium solvatur, fatali artem casu accidente ille vicissim domino damni æstimationem præstet.

Latet

Latet in hoc contractu itidem sponsio, quam
æqualis periculi cogitatio æqualem reddit.

* Sicne nominatus an innominatus contractus,
quod prolixè inquirit Textor Disp. XIX. non
interest, cum penes Romanos non fuerit up-
persalis contractuum apud Gentes inventorum,
& inveniendorum mensura. Unde fruſtranea
quoque ista quæſtio, ſine licitus Jure Romano
anon.

§. 10. Requirit incertitudinem ex na-
tura ſponſionis v. §. 3. præc. Merlin. Dec. Rot.
Rom. 597. n. 5. ſola partium ignorantia hic non
ſufficit, ſed opus eſt, ut nec ex poſt facto
liquido conſtet, quod jam ante initum con-
tractum res interierit, vel periculum eluctata
ſit Merlin. d. l. n. 15. 19.

§. 11. Initur non ſaltim de mercibus
trans mare vehendis, ſed quoque de rebus
in continenti existentibus, ita ut vel omne
periculum in ſe recipiat aſſecurans, vel
ſaltim certos caſus, Marquard. de jure mercat.
l. II. c. 13. Scacc. de commerce. c. 1. q. 1. n. 133.
Priore caſu non ſaltim quæ raro accidunt,
ſed & quæ rariſſime recepta videntur. Cum
non tantum locutio universalis id ſuadeat,
verum ipſe promittens, ſi initio interrogatus
fuſſet, facilius ferre voluiffe videatur, quæ
rariſſime feruntur. vid. tamen Textor. d. l. §. 21.
ſequ.

§. 12. Examinandum quoque pro interpretatione hujus contractus v. c. an certa navis nominata, an in genere merces, an certus magister navi præpositus, an vero minus, an de certo itinere conventum, an de tempore certo &c. Idque non tantum eo fine ut sciamus an assecuator obligetur assecurato, sed quoque an, si mutatis dictis circumstantiis res nihilominus feliciter cesserit, lucrum five præmium peti possit. Conf. l. actione §. 3. pro socio.

§. 13. Præstat ergo casum assecuator, & quidem si deteriorata res, non plane perempta, ad supplementum pretii, non ut retineat res deterioratas, quia indemnirem saltim promisso videtur, ni aliud conventum. Respiciendum in estimatione ad tempus damni dati arg. l. quoties de V. O. vid. Scacc. d.l.n. 169. Si de loco nil dictum, videtur partes sensisse de loco, ubi navis solvit, quia hodie quaestus separatim assecuratur.

§. 14. Similiter assecuratus tenetur solvere summam conventam assecuranti. Neutri tamen pro sua petitione pignus in rebus alterius competit. Nisi specialis extet consuetudo. Actiones vero tractantur processu summario, ut nec appellatio suspensivum effectum hic habeat. R. I. de anno 1654. §. als auch bey denen. Exceptiones interintanquam defen-

defensionis species audiendæ. Dissolvitur eodem candore assecuratio, quo primitus inita est.

§. 15. Si quis pecuniam alteri mutuo dandam & suo periculo transferendam promisit, contractus fœneratius licitus est, nec intra cancellos vulgarium legum de usuris continetur. Voet. 1. de fœn. naut. ff.

§. 16. Si speciatim inter partes conventum, ut navis obligata sit pro pecunia, dicitur Bodmeria. Hanc enim periculum in mutuantem transferre, non supra saltem dimisimus, sed idem probant etiam infinita loca statutorum Hamburg. & Strypm. de jure marit.

p. 4. c. 2. n. 99.

§. 17. Neque vero subtiliter hic inter varios casus distinguendum, quia plane fundatum receptionis majorum usurarum est periculum. Competit mutuanti tamen in casu captæ navis, jus exigendi navis cessionem vel partis L. B. de Lyncker tb. 22. de Bodmer. Imo si culpa nautæ periculum navis conciliatum, creditor à ipræstatione damni casu dati immunis est. Loccen. de jure marit. l. II. c. 6.

§. 18. Si plures unius navis domini, singuli non plus in Bodmeriam recipiunt, quam pro qua parte navis ad eos spectant. did. stat. t. 18. p. 2. Loccen. II. d. c. 6. §. 8. Poteſt

tamen nauclerus in locis peregrinis i. e. ubi domini navis non habitant, modo necessitas id suadeat, mutuum accipere jure Bodmeriæ. Ubi illud singulare, quod posterius instrumentum præferatur priori vid. Marquard. de jure mercati l. II. c. 8. n. 77. de Bodmeriæ cum aliis debitibus privilegiatis concursu, consulendæ leges & consuetudines speciales.

§. 19. Quod si nauclerus citrè necessitatem pecuniam in Bodmeriam accepit, quia dominis suis onus infert, infamia notatur in loco domicilii. Statut. Hamburg. d.l. Ceterum nascuntur ex hoc negotio actio realis per §. 16. & personalis. quibus creditor suum pétit.

§. 20. Tandem olla fortunæ vel ipso nomine indicat, quod alea ibi subsit. Si dolus & fraudes absint, nil iniqui hic deprehendis. Potissimum si in publicum usum, vel pauperum gratia olla adhibetur. Nam hic quod pro inanibus schedulis erogatur, tributi hilari ratione elicitu instar habet. Delrio disquis. magis L. IV. c. 9. Quod si ad privatorum merces vendendas adhibetur, omnino cavendum, ne numerus tesserarum junctim sumtarum, multum pretium merium exsuperet vid. Pufend. V. IX. 7. de J. N.

TIT. XXIV.

De Contractibus rarioribus.

§. 1.

HOs contractus voco, qui vel in tota Germania rarissime ineuntur, vel sicut in certo districtu nascuntur. Hujus farinæ potissimum sunt varii contractus circa bona iniri soliti, colligendi ex tit. II. L. 1. & tit. XV. hujus L. Ad istam classem referendus est contractus Mohatræ, & si quis alias similis occurrat.

§. 2. Contractus Mohatræ est contractus, quo quis pecuniaæ egens emit à mercatore fide sibi habita merces insano pretio & statim eadem pecunia numerata, sed vi- lissimo pretio revendit. vid. Zieg. de Mohatr. §. 29.30. & quos alleg. Anton Escobar. &c.

§. 3. Totus inventus est ad pallian- dam usurariam pravitatem, transformato mu- tui contractu, in emtionem & venditionem simulatam. Defenditur tamen à Moralistis varie, v.c. quod commerciorum natura hoc sua- deat, ut eadem merx non uno semper modo ematur & vendatur. Sed fucus hic nimis crassus est. Emuntur enim ac venduntur res, non hac intentione ut emtoridamnum

inferatur, quod hic sit, sed ut uterque contrahens quæstum exerceat. Licet temporum injuria sape aliter res cadat, tamen malitia humanæ hic non est indulgendum. Possunt ad hoc caput referri alia, si quæ inventiuntur insolita negotia.

TIT. XXV.

De Donatione.

§. 1.

Donatio est contractus beneficis, quo res gratis in aliud confertur. Noluerunt quidem JCTi definire contractum. B. Struv. Exerc. 40 §. 2. Leetuvv. II. 8. 2. Late Bachov. II. 19. th. 1 L. A. Sed commodissime hoc fieri ex peretusto institutionum codice probavit Apellius apud Balduin. ad J. b. t. & Cujacius L. 10. o. 28. inf. unde inter usitatas distinctiones contractuum, beneficos retulimus supr. tit. II. §. 12. eandem v. Pufend. V. II. 8.

§. 2. Dividitur in donationem inter vivos & mortis causa. Sed differentiae & alia huc spectantia exposita sunt Lib. II. t. 13. Est alia divisio in simplicem & non simplicem, sive relata. Huber. præl. ad J. b. t. §. 4. Refertur autem hæc vel ad beneficium antecedens & vocatur remunerationis.

toria, vel donatio propter nuptias, item donatio sub modo v. tit. C. de Don. quæ sub mod. Fiunt omnes vel sola conventione per L. 31. C. b. vel traditione.

§. 3. Requirit oblationem & acceptationem per dicta tit. III. b. L. §. 2. 37. sive per se, sive per procuratorem mandato ad hoc instruētum. An & acceptetur efficaciter per extraneum. vid. tit. IV. §. 2.

§. 4. Requirit Donatio simplex insinuationem, * si quingentos solidos excedit. Alias est nulla, qua excessum tamen saltim l. 3. t. C. b. Excipiuntur hinc donationes relata §. 2. f. Quæque fiunt in redēmptionem captivorum, ædium combustarum restitucionem d. l. 34. Non autem juramento firmatæ, quia per hoc jus superioris interverti nequit. Licet aliud velit Gail. 11. 39. & Richter dec. 22. Nam vid. Carpz. II. 12. 14.

* Quam varia fuerit Romanorum nomothēsia
hic explicat Schilt. 73. 74. sequ.

§. 5. Donari possunt res omnes, præsentes & futuræ. Neque enim apud nos tantus favor est testamentorum, ut necessario in hunc finem certa portio separanda esset. v. not. ad §. 2. t. 2. L. II. §. 4. t. 24. Lauterbach. compend. b. Omnia tamen bonorum donationem de solis præsentibus, non de futuris explicari tradit Leeuvv. II. 8. 4. Hinc

futura speciatim exprimenda. Sub quibus rursus non intelliguntur secundum interpres futuræ hæreditates. v. t. 29. §. i. de Donat. b. t. adde tamen §. 6. tit. V. b. L. III. t. 24. L. II. De gerada vid Schilt. 42 §. 14.

§. 6. Ipsum donationis argumentum suadet, ut in favorem donantis verba non nimis extendamus. v. t. II. §. 12. *supra*. Hinc usuræ non debentur ob aliqualem moram, nisi specialiter promissæ. Neque enim donator ad duriores leges se adstringere voluisse præsumendum est. Eadem dicenda de fructibus accessoriis &c. quia quilibet liberalitati sua legem dicere potest, quæ hic præsumitur. arg. l. 7. b. l. 25. *de probat.*

§. 7. A donatione præter patrem & filium inter se, arcentur tutores, curatores, nisi res modica, vel pupillus dives & illustris. Removentur etiam conjuges. Ne fictis blanditiis in fraudem sive liberorum, sive familiæ pecunia se invicem emungant. Neque commode adseritur alia ratio, quod uxor fuerit antiquitus in potestate mariti. Nam his universaliter acceptis obstant, quæ habet Förster L. 9. c. 1. 2. *de success.* Tot denique fictæ sunt exceptiones, ut fere absorberint regulam. v. c. donatio remuneratoria, reciproca, xenia &c.

*** *Egro*

Ægrotum paucissima donare potuisse supra t. XIII.

§. 24. L. i. docuimus. Neque hic pestis, vel alia
lues illum favorem continebant L. II. 8dr. art.
12. Instinctu Ponificis tamen elemosynæ & do-
nata piis causis excipi cuperunt. vid. Bull. Gre-
gor. XI post specul. Sax. Speciarum immobilia sine
judicis autoritate & heredum consensu trans-
ferri non poterant. Quod in Electoratu Conf.
ii. p. II. è jure Romano valde correctum & im-
mutatum.

§. 8. Ex natura beneficorum contra-
etuum donatio varie revocatur. Propter
ingratitudinem. Cujus quatuor species re-
feruntur in L. f. C. de revocand. donat. Neque
plures * admittendæ, nec indistincte quilibet
actus sub nominatis comprehendendi de-
bent Philipp. L. II. Ecclog. 38. n. 18. Carpz. II.
12. 21.

* Plures admittit Schilt. §. 22. Scilicet omnia fa-
cta e quibus impia ingratitudo colligi potest.
Idque ideo, quia donatario nequam & improbo
non favendum. Sed hec ratio spectat ad Ju-
risprudentiam Legislatoriam, quæ inquirit cui
favendum. Non ad interpretationem J. Ctorum,
quæ inquirit, cui actu faverit Legislator, non
cui debuerit favere.

§. 9. Aliæ causæ sunt supervenientia
liberorum, modo rem magni momenti con-
cernat

cernat. l. 8. de revoc. don. Addidit interpretatio usualis inopinato accidentem paupertatem donatoris. Licet dimidiam bonorum partem hoc casu donatam requirat. Tiraquel. ad d.l. 8. fol. 99. 101. arg. l. 164. de V.S.

§. 10. Sed præter donatorem ipsius liberi quoque donationem revocant, si inof-
ficiose facta, ut legitima ipsis non superfit
casu an consilio non interest. Neque aliud
dicendum si per insidias hic quid gestum,
v. c. venditio simulata. Taxatio vilissimo
pretio facta &c. Non obstat renunciatio à
patre facta.

§. 11. Tandem notandum, quod quo-
tiescumque donatio reciproca est, vel magni
meriti remuneratoria, revocationi non sub-
jaceat, quia tunc non est contractus bene-
ficus, neque proprie dicta donatio, sed one-
rosæ conventionis species. v. l. 27. ff. b. Carp.
II. 12. 34. Faber C.L. VIII. 1. 38. d. 3.

TIT. XXVI.

De Fidejussione.

§. 1.

Fidejusio est contractus, quo quis pro
alio fidem suam ita interponit, ut credi-
tori satisfacere spondeat. Bina hic interce-
dunt

dunt regulariter negotia. Negotiorum scilicet gestio, aut mandatum inter fidejussorem & debitorem, prout, vel in fidejussionem initio consentit, vel eadem, ipso quidem, ignorante, non tamen invito contracta est. Et deinde pactum, quo creditori fidejussurus fidem suam adstringit. Neque enim moderno jure opus est, ut stipulationem, vel constitutum subesse fingas. *vid. omnino Schilt.*
XXIV. §. 76. inf.

* * *

Inde quoque non opus in differentiam constitutoris, fidejussoris, sponsoris &c. inquirere.

§. 2. Perinde quoque est respectu creditoris, sive quis ipse mandaverit, ut credit, sive ex post facto ratihabuerit, vel fidejusserit *Ant. Fab. ad L.f. mand.* Licet naturali ordine mandatum praecedat actum, fidejusio sequi poscit. *v. §. 3. 3. h. 1.* modo intelligat *Judex solutionem tertium in se recepisse.*

§. 3. Dividuntur fidejussores in necessarios & voluntarios, prout vel obligationi, quae ex legis dispositione necessario cautionem requirit. *v. l. 8. §. 4. de his qui satis satis. cog. vel cui libere ex partium conventione fidejusso adjicitur, accedere solent. Hodie fidejussores nullibi praecise ad satisandum requiri-*

runt.

runtur sed etiam in futura incerta obligatione pignoratitia cautio admittitur. v. Besold. *in debilat. jur. ad L. VIII. t. 9. ff.*

§. 4. Fidejussor est vel primus vel secundus seu succedaneus, qui in casum, quo à primo creditor suum consequi non potest, supplementum promittit, germanice ein Rück-Bürge. Datur & indemnitas, * qui promittit fidejussori, se ipsum servaturum esse indemnem. vid. Lauterbach. *diss. de fidejuss. indemn.*

* *Est quidem dissensus in harum vocum acceptione inter DD. vid. Hering. de fidej. c. 4. n. 62. sed facile patet ex conventione partium, quid actum.*

§. 5. A fidejussione speciatim excluduntur foeminæ per Sctum Vellej. & Authent. si qua mulier quia fidejussio est species defensionis l. 2. §. 5. l. 3. ad Sct. Vellej. adeoque virile officium l. 1. §. 1 b. Accedit rei familiaris periculum, non adeo præsens, adversus quod alias foeminæ se satis munire sciunt. l. 6. C. de donat. ante nupt.

§. 6. Sub fidejussione omnis intercessio continetur v. c. si pignora dedit pro alio, si mutuum sumvit alii datura, si expromisit, si constituit, si mandavit, si cum alio tanquam correæ se in solidum obligavit, Gail. II. 89. scilicet, quotiescumque uxor nou

non principaliter pro se contrahit, sed alium liberatura à sua obligatione, obligationem aliquam in se recipit Seco tuta est.

§. 7. Opus est ut obligationem in se recipiat, ergo si donat de suo, si solvit de suo, ad Secum non recurrit, quia hac ratione non intercedit, aut obligationem in gratiam alterius in se derivat. Ratio diversitatis est in d. l. 16. C. de Donat. ante nupt.

§. 8. Adjecit quoque Justinianus l. 23. §. 1. C. b. ut se obliget mulier in instrumento publico à tribus testibus subscripto & ne pro marito intercedat. Cæteroquin enim negotium plane nullum est d. l. ut non tantum iudex, nullitatem hanc ex officio attendere, Sand. L. 1. t. 7. d. 2. 3. sed quoque ut repetitam post biennium fidejussionem pro nulla declarare debeat, Brunnem. ad. d. l. 23.

§. 9. Cessat bene multis in casibus hoc privilegium. Non enim tantum in emporiis fœminæ mercatrices v. Mev. ad jus Lubec. L. 1. t. 10. art. 3. & illustres, quæ consiliarios alunt, eo non utuntur; sed alia insuper vel propter caussæ, cui accesserunt, vel personæ, apud quam fidejisserunt favorem, vel propter adhibitum dolum, repetitionem promissi post biennium adjectionem jura menti arg. c. 9. X. de jurejur. eodem carent.

§. 10. De renuuciatione non convenit

nit an ab initio valide interponatur. Negat magna caterva stipatus Mev. d. l. n. 69. & Fab. ad l. 32. §. 4. b. t. Verum contra rationem beneficiorum, quibus renunciari semper potest ab iis, quorum in gratiam introducta sunt, v. Gail. II. 77, Pacius in rubr. C. b. t. n. 39. Licet extrajudicialiter atque sine jumento instrumentoque publico Göedd. de contr. stipul. c. 7. 298. Modo certioratio præcedat, quæ præcessisse præsumitur si jurato à fœmina renunciatum. Brunnem. ad l. fff. b.

§. 11. Alias in casibus sub regula comprehensis, adeo vis omnis intercessioni mulieris ademta, ut licet durante processu, imo in ipsa executione non adhibita exceptio Sæti, tamen pro soluto repetendo indebiti condicatio competat l. 40. de cond. indeb. Quomodo creditori succurratur. v. l. 7 §. 8. C. J. A. b. th. 12.

§. 12. Arcentur à fidejussione milites l. milites C. de loc. l. de die §. 1. qui fatid. cog. quod ipsis interdictum in favorem publicum d. l. milit. Hinc nec volente creditore admittendi sunt arg. l. 7. de postul. Nec distinguendum inter eos, qui strenue munere suo funguntur, & qui desidiosè rem agunt, quod vult Caroc. de locat. & conduct. t. quib. non permit. loc. u. 8.

§. 13. Civitates & universitates valide fidejubent c. quod. quibusd. X. b. t. fieri tamen debet

debet secundum dictum *l. civitas ff. si cereum per.* Coler. de Process. execut. p. 2. c. 3. n. 337. Obstat tamen quandoque specialis prohibitio, vel transactio cum civibus. Quale quid exat jure Lubec. L. 2. art. 4. i. 3.

§. 14. Supponit fidejusio obligacionem principalem. Non autem interest, an ea naturalis & civilis simul, an vero naturalis tantum sit, modo non in sola saltim subtilitate civili, quam mere civilem dicunt, subsistat, Voet. ad J. b. §. 1. n. 4. Nisi hoc casu plane expromittat fidejubens, ita cape l. o. C. de pred. min.

§. 15. Illud autem requiritur, ut obligatio talis sit, cuius executio contra fidejusforem peti queat. Unde non admittitur in casu matrimoniali, vel criminali, si pena vel ignominia, ut in palinodia, vel corporis afflictiva inferenda est. Nisi agens utroque casu pena pecuniaria contentus esse velit. Thol. synt. jur. univ. L. 24. c. 3. 4. 5. 6. vel reus sit in fuga & quis de solo judicio fistendi non judicato solvendi caveret *l. 1. §. 3. de cust. reor.* Magistratus tamen recepta summa, de ea satisfacere tenetur læso.

§. 16. Dotis servandæ caussa, quia decori ratio diffidentiam non admittit inter conjuges in pecuniaria caussa, qui vitam sibi plane concredunt *v. t. C. ne fidej. dot. fidejus-*
for

for dari non debet. Nisi ad inopiam vergat maritus. Hering. c. 6. n. 184. de fidej. vel hodie in pactis ante nuptialibus, Grœneyv. ad d. t. C. vel matrimonio finito pro restituenda dote detur, quia his casibus ratio prohibitiva cessat.

* Plane totam civilem dispositionem cessare vult Wesenbec. in addit. ad Bart. ad l. c. C d. t.

§. 17. Obligatur fidejussor in tantum, in quantum est in obligatione principali tempore fidejussionis, usura non excluduntur, Carpz. II. 19. 8. Si ad omnem causam se obligavit, tenetur etiam ad ea, quæ obligationi ex post facto accesserunt. l. 54. pr. loc. Aetione ex pacto fidejussorio orta vid. Hering. c. 24.

§. 18. Num statutum de debitore loquens etiam extendendum ad fidejussores, nec generaliter affirmari potest cum Jametio ad t. de fidej. nec negari cum Heringio d. l. c. 15. n. 16. sed circumstantia & rationis idenditas considerandæ. Inde judicandum quoque de prohibita alienatione bonorum debitorum, an & hæc ad fidejussorem porrigi possit. vid. Asinium de execut. c. 2.

§. 19. Competit fidejussori exceptio ordinis modo debitor conveniri possit & non sit notorie non solvendo. v. Lauterb. diss. de benef. excuss. Beneficium divisionis, modo

modo confidejussores sint solvendo, aut se, fidejussorem esse non fuerit dolose inficiatus L. 10. §. 1. b. Beneficium cedendarum actionum, quo hodie cum fructu uititur, si pinguior, sit actio creditoris, vel celerioris executionis, vel fidejusso interposita pro invito. Cesio haec semper fieri potest, etiam post solutionem B. Struv. b. t.

§. 20. Potest insuper fidejussor contra debitorem principalem, actione mandati vel negotiorum gestorum, quandoque ante solutionem agere. Imo si creditor cum damno ipsius, donec vel debitor, vel confidejussores non amplius solvendo, creditum exigere moratur, potest beneficio L. si contendat b. t. uti contra creditorem, hoc effectu, ut vel in præsentiarum actionem instituat, vel postmodum exceptiones fidejussoris admittat, etiam in casu ubi à debitore, vel confidejussoribus suum consequi nequit. conf. DN. Tho. masium de fidej. antequ. solv.

TIT. XXVI.

De Quasi contractibus.

§. I.

Quasi contractus sunt negotia licita, ubi quis citra conventionem obligatur, non Mm aliter

aliter, ac si convenisset, ex sola æquitate. Vel sunt obligationes ortæ ex regulis, ne facto per se licito alium in re ad ipsum spectanti laedamus, & ut alter reciproce quatenus in commodum ipsius laboravimus, nos indemnes servet.

§. 2. Accidit autem hæc latio, vel inter eos, qui olim contraxerunt, vel inter alios. Illuc spectant conditiones, dum, vel indebitum accipimus, vel datum ob causam, caussa ab initio non fecuta, vel postea finita retinere studemus. Huc refer rerum alienarum administrationes, occultationes, acquisitiones oneribus impositis non præstatis &c. sed de singulis seorsim.

§. 3. Conditionum exempla sunt itaque tria: caussa non fecuta, sine caussa & indebiti. Olim si dabatur aliquid, ut vicissim aliquid præstaretur, præstito nondum præstanto, gemina condicione dabatur, ex capite penitentiae indiscriminatim & condicione caussa data caussa non fecuta positis certis circumstantiis vid. Clud. de condic. causs. dat. c. 2. potissima erat, si accipiens casu non erat impeditus v. l.s. pr. b.t. Usus utriusque modernus colligitur ex dictis t. XIX. XXI. & II. M. b. t.

§. 4. Conditioni sine caussa locus est, quotiescumque res, quæ ex certa caussa apud alte-

alterum erat, causa finita repetenda est. v.e.
 si Titio pecunia data ad expensas in proces-
 sum cœptum faciendas & processus trans-
 actione finitus postea. Si mandatario, ut
 equum emat, dedi, mandatum autem revo-
 cavi. Si dos matrimonio soluto repetenda
 est. Sumitur quidem tam late quoque, ut
 antecedentem & indebiti conditionem com-
 prehendat l.i.pr. §. i.b.t. Bachov. ad Wesenb.
 b.L.A.in f. verum in stricta & propria signi-
 ficatione notat nostram descriptam.

§. 5. Condictio indebiti est, qua so-
 lutum indebitum repetimus. Requiritur,
 I, indebitum, scilicet, ut non debeatur
 ex regulis Juris naturæ, licet debeatur ex
 præceptis amoris, aut ex subtilitate juris ci-
 vilis. v.l. 47. vers. quoniam. b.t. quod si na-
 turaliter debetur, jus civile autem naturale
 vinculum plane sustulit, habetur etiam pro
 indebito v.l. 40. pr. b, Bachov. I.D. 22. ib.
 q.l.a.

§. 6. Requiritur II. ut sit solutum ex
 errore, alias enim sciens indebitum solvens
 donare videtur l. 53. b. Clud. de cond. indeb.
 c. 4. n. 64. Ni obstet præsumtio in contrarium
 v.c. si quis immoderatas usuras solvit, ideo-
 ne inopportune sors ab ipso exigeretur v.
 Brunnem. ad l. 26. b. vel solvens donare non
 posse v.c. quia pupillus, minor &c. Est &

alia adhuc exceptio l. i. in pr. ut in possess. legar. nom. Adde Sand. L. III. t. 14. d. 7. vers. quod si debitori.

§. 7. Requiritur (III.) Error facti non juris. Locum tamen habet, licet quis in proprio facto erret per l. 22. b. t. Vel pactum solutioni adjiciatur, quod solvens ulterius nullam litem movere velit accipienti. l. f. § pen. b. quia error hic continuus est in solutione & in pacti adjectione. Vasq. L. VI, controy. usufrequ. c. 63.

§. 8. Si ex errore juris solutum, conditionem cessare creditur Carpz. II. 28. 20. Ne tollatur differentia inter ignorantiam juris & facti contra tot textus Harprecht ad §. I. qu. m re contr. oblig. n. 54. Distinguunt tamen alii ulterius inter errorem juris naturalis & civilis, inter casum de damno vitando & ubi de lucro captando agitur. Wesenbec. ad t. de jur. & fact. ignor. Gail. II. 48. Vel quoque an in accipiente simul aliqua retinendi æquitas concurrat, an vero minus. Quum hæc condic̄tio sit introducta ex æquitate. Ergo non ex scientiæ subtilitate, vel sola ignorantia crasitie judicanda. v. Franzk. b. n. 8. 36. U. M. b. Vel inter regulas juris Germanici & civilis Schilt. §. 33. 34. b. Olim scilicet longe facilius jus sciri poterat, quam hodie

die vid. proleg. supra §. 101. & §. 3. atque hæc sententia videtur æquissima.

§. 9. Usuræ jure civili conditione indebiti simul peti nequeunt. Bene autem fructus & accessiones naturales. Ratio prioris est in §. 1. supr. de usur. Cum autem hodie usuræ propter carentiam usus rei nostræ solvendæ sint §. 8. & 16. d. t. videtur dicendum, quod praxi peti possint. Sed nihilominus hic exemplum observamus rejectæ hypothæsis & retentæ conclusionis. vid. Schilt. §. 36. b.

§. 10. Probat hic actor, quia factum, indebiti scilicet solutionem asserit. Quodsi tamen reus solutionem ipsam neget, hac probata postmodum reo incumbit probatio debiti per l. 25. de probat. Unde colligimus actori semper unius tantum, vel solutionis, vel indebiti probationem imponi, quod nec hodie immutatum. vid. Brunnem. ad d. l. & distinct. Lauterb. Coll. theor. pract. b. §. 25.

§. 11. Insuper tamen soluti quantitas ostendenda. Sicuti nec tertium requisitum error præsumitur l. 6. C. b. Quamvis probato indebito hic non adeo probatu difficilis. Imo licet ego scienter indebitum solverim, tamen opus est, ut alter quoque scienter acceperit. quia donatio requirit utriusque voluntatem.

Mm 3 Franzk.

550 Tit. XXVII. De Quasi contractibus.

Franzk. b.n.23. Excipiuntur à probationis onere personæ in l. 25. de probat.

§. 12. Si accipiens probe sciat indebitum non esse, sibi autem nihilominus solvi patiatur, jute civili furti reus est, t. 18. de conduct. furtiv. Quod' hodie, quia furtum in ablatione consistere statutum vid. §. 5. comm. supr. vix usum habebit.

§. 13. Habet indebitum datum, nunc rationem mutui, ut periculum sit accipientis &c. nunc rationem commodati, ut periculum sit dantis & alter custodiam saltim debet. Prout scilicet vel quantitas data, vel alia species vid. U. M. hic ibique alleg. An & depositi? Resp. decisio dependet ex diversitate hypothesis, an Schilterum cit. §. 9. an doctrinam Usus Mod. sequaris. Usus exiguis est propter dicta §. 7. t. VII.

§. 14. Sed hæc de indebito soluto, si saltum promissum, competit exceptio indebiti promissi. Neque hic ulla distinctio inter errorem juris & facti, quia jura facilius indulgent retentionem, quam actionem c. quid agendum de R. I. in 6. Licet promissatio jam chirographum à promittente datum Zanger. de Except. P. III. t. 13. n. 107.

§. 15. Administramus vel rem proptius alienam, ut in tutela de qua adiutor. & negotiorum gestione. tit. sequ. vel pro parte, ut in com-

in communione, quæ vel ex titulo singulari,
de qua tit. XIV. l. 1. vel universali uti in hæ-
reditate. Unde judicium familiae herciscundæ
datur cohæredi ad divisionem ex jure hæ-
ritario & reddendas rationes, refundendas,
ab altera parte expensas ex nostro quasi con-
tractu. Nomina, quia ipso jure divisa sunt,
non vñiunt in hoc judicium. Præstantur
hic eadem, quæ jam exposuimus. cit. tit. XIV.
l. 1. Neque aliud judicis officium.

§. 16. Si quis rem occultet, quam alter
vindicaturus est, ex natura introducti domi-
nii tenetur ad exhibendum. Modo proba-
tum reum posidere, actoris interesse & jus
quoque ipsi competere. Processus hodie est
summatius & per mandata compulsorialia
expeditur. Mev. III. dec 126. Hopp. ad J. S. 31.

* Olim exhibitio erat preparatorium judicium
rei vindicationis, super re præsente peragenda.
Enimvero hic usus corruvit.

§. 17. Tandem qui adeundo hæredi-
tatem acquirit, tenetur legatariis, fideicom-
missariis &c. ad solvenda ipsis destinata. Ne
agnoscat voluntatem defuncti in favoribili-
bus non in odiosis. Vel uti dictum: ne rem
ad se rapiat sine onere. Qua creditores au-
tem, non opus est aditione cum hic suum
consequantur, sive testamentum agnoscatur,

552 Tit. XXIX. De Negotiorum gestione.

sive destitutum sit. Manet ipsis actio pri-
stina contra hæredes exercenda, modo tran-
sitoria sit ad hæredes.

TIT. XXVIII.

De Negotiorum gestione.

§. i.

Negotiorum gestio est administratio ne-
gotiorum alterius ignorantis, in ejus uti-
litatem, citra mandatum & citra prohibitio-
nem peracta. Si enim mandatum accedit,
tunc vere contrahitur & pertinet ad tit. XVI.
Si plane quis gerere prohibetur, tunc domi-
num plane non obligat, nec a[&]ctio N. G. da-
tur l. f. C. b. t. ni prohibitio iniqua v. l. 14. §.
13. de relig. Hinc solus ignorantiae casus huc
refertur.

§. 2. Ignoranti tamen accensetur hic
etiam, qui quidem scit, sed propter loci di-
stantiam voluntatem declarare non potuit.
l. 2. verbis licet ignor. b. Imo & ille, cuius de-
jure non est mandare v. c. pupillus, minor &c.
l. 7. C. de arb. tutel. Et quamvis his casibus
utilis saltim competere dicatur N. G. actio l.
7. & 17. C. b. tamen inter directam & utilem
non interest l. 47 §. 1 ff. b.

§. 3. Negotium ex rei natura debet
esse

esse alienum, cum nemo secum ipso agere possit. Sufficit autem commune, quia hoc pro parte alienum est. Modo rem suam potuerit gerere separatim; alias enim communi dividendo vel familix herciscundæ judicio aget si v. r. universum debitum cohæres solvere coactus est. *l. 3. C. h. Franzk. b. n. 5.* Sed hodie adeo scrupulosam distinctionem non faciet praxis.

§. 4. In alius utilitatem gestum debet esse negotium, gemino sensu. Scilicet, ne quis sui causa aliena gerat, alias enim tantum saltim repetet in quantum dominus actu factus est locupletior *l. 6. §. 3.* Secundo, ut utiliter revera gerat, sufficit tamen utiliter esse cœptum, licet sine successu per *l. famos. 10. b.*

§. 5. Si negotia debitoris mei gero crediti servandi causa, non erit alia obligatio, quam si cujuscunque extranei gessem. *l. 13. b.*

§. 6. Oritur hinc gemina obligatio, ut rationes reddat gestor & culpam præstet, qualem æstimabit judex. Ex his circumstantiis: an quis plane violenter gestioni se ingesserit, exclusis aptioribus, an negotia alias peritura curaverit *l. 3. §. 9.* item ex natura negotii, an magnam industriam requirat. *Dē*

554 *Tit. XXVIII. De Negotiorum gestione.*

connexis quoque tenetur, imo & de non connexis, si aderat, qui in universum omnia administraturus erat l. 6. §. f.

§. 7. Dein dominus vicissim gestori obligatur ad pensandam operam adhibitam, ad refundendas impensas, quas secundum circumstantias modi, loci, temporis &c. prudenter fecit *vid. c. l. 10. b.*

§. 8. Non tamen datur actio nostra, licet exposita requisita adsint, si quis intuitu pietatis, i. e. intuitu amoris, qui inter personas sanguine junctas esse debet, aliquid gesserit. *v. l. 27. b.* vel intuitu amicitiae *l. 44. b.* Modo conditio gestoris dominive non aliud suadeant, vel non protestatus sit gestor *l. 34. b.* *v. Menoch. C. J. A. cent. i. cas. 88.*

§. 9. An ratihabitio actionem hanc impedit disquirit Bachov. *ad b. t. c. 1.* si ante finem accesfit mandatum producit, sin finito negotio, manet nostra actio *ibid.* Usus hodie exiguis propter veriorem doctrinam de culpis & tradita de infamia Schilteri. X. §. 35.

TIT. XXIX.

De modis quibus obligationes tolluntur.

§. I.

Tollitur obligatio vel ipso jure, vel ope exce-

exceptionis uterque modus si in iudicio allegatur eundem effectum liberationis producit, quo sensu intelligenda l. 112. de R. I. In eo tamen diversitas apparet, quod si modus ipso jure obligationem tollens iudici non exppositus sit, ab eo suppleri, imo solutum conditione indebiti repeti posuit. Voet. *ad tit. de except. n. 1.* Quod in exceptionibus secus.

§. 2. Modi tollendi ipso Jure obligationem sunt solutio, novatio, delegatio, acceptilatio, sive hodie pactum de non petendo, compensatio, confusio, mutuus dissensus, rei interitus. Modi tollendi ope exceptionis sunt v. c. restitutions in integrum transactiones, res judicata, jusjurandum, & in genere qualibet exceptio peremptoria.

§. 3. Solutio est ejus, quod debetur præstatio. *pr. 3. b. l. 49. C. b.* Unde regula: aliud pro alio solvi nequit l. 2. §. 1. b. v. c. vinum pro frumento. *l. manifesti C. b. 1.* moneta reprobæ loco probæ. Semper ratione debitæ pecuniæ solutio ita facienda est, ne creditori damno sit futura. *l. 99. h.* Tholos. *Synagm. XXI. 18.* Licet idenditas hic tam stricte non requiratur *v. supr. t. IX. §. 15. sequ.* Ubi & de solutione particulari §. 11. Nam etiam in quantitate & que ac in qualitate aliud esti arg. *l. 41. §. de Usur.*

§. 4. Solvenda est res propria, non aliena

aliena vel alteri obligata l. si rem meam ff. b. t.
Unde evictio hic praestanda, nec antea liberatio
contingit. Quia paria sunt non solvere & solvere id, quod pro amissio habetur
l. 24. §. 1. de pignor. act.

§. 5. Solvendum est debito tempore
v. supr. d. t. §. 12. debito loco, qui vel specia-
tim in conventione expressus est, vel sub-
intelligitur, debitorem creditoris ades adire
debere v. Qdr. II. art. 4. III. art. 39. idque sine
discrimine loci ubi habitet v. supratius. VIII. §.
8. f. propter dissensum Iectorum praestat lo-
cum nominativi exprimere Schilt. Exercit.
XLVI. §. 38.

§. 6. Solvit, qui obligationem con-
trahere potest. Nec interest, quis solvat
pr. f. h. Inde non opus est mandato, vel
scientia debitoris, sed & pro invito solvimus.
l. 23. 53. b. ut tamen actio non acquiratur,
nisi à creditore nobis fuerit cessa l. f. C. de ne-
got. gest. vel injuste prohibentis negotium ges-
serimus v. §. 1. t. præc.

§. 7. Solvit recte creditori, qui alienare
potest, vel ejus procuratori, vel alii
per quem pecuniam exigere solebat arg. l. 18.
b. Sand. III. 16. 2. Curatori, tutori, credito-
ris creditori, modo talis revera sit arg. l. b. de
dol. mal. except. Tertio minus efficaciter solu-
tio fit v. c. marito, l. cum maritum l. u. C. b.
matri

matri non administranti l. 88. ff. b. Nisi fiat auctoritate judicis Schilt. d. l. §. 35. vel capta civitate hosti. Huber. ad ff. b. §. 2. Si plures heredes sint, expedit praetorem adire solutu-
ro l. 81. b. Quatenus haeredes solutionem ur-
gere possint vid. L. II. tit. 1. §. 2. 3. de herede
debitoris & cautela ne plus solvere cogatur,
quam in hereditate. vid. ibid. §. 9.

§. 8. Solutioni similis est oblatio &
depositio judicialis, adeo, ut quæ de re sol-
venda & personis solventibus diximus, huc
applicanda sint. Schulz. de oblat. 2. 3. Qui
extrajudicialiter obtulit, postea judicialiter,
sine citatione ad videndum deponi obla-
tum recte deponit Richt. Decis. 75. Interdum
nudis verbis debitor creditum offert, de cu-
jus effectu v. Schulz. d. l. c. 8. Per realem libe-
ratio debitoris principalis & accessoriorum
æque contingit ac per solutionem. Idem c. 5.
vid. supr. tis. VIII. §. 9. 14.

§. 9. Acceptilatio olim ad solas obli-
gationes ex stipulatu pertinebat per l. 35. de
R. I. unde si alia obligatio tollenda stipula-
tione Aquiliana prius in verbalem transmu-
tanda erat, vid. Dd. ad l. b. Hodie omnis ob-
ligatio pacto de non petendo citra ambages
tollitur v. supr. t. II. §. 5. §. 8. &c. Paciscuntur,
ut in §. 6. præc.

§. 10. Novatio est prioris obligationis sub-
latio

Iatio & novæ constitutio inrer' creditorem' &, debitorem. Requiritur ut fiat verbis expressis Philipp. Eclog. ad 7. h. Idque ex constitutio-
ne Justiniani in §. 3. Perspicuæ tamen conje-
cturæ hodie sufficere vult Gail. II. 30. n. 3. v.
Grœnevveg. ad l. d. §. unde verbis & facto
conformiter l. f. C. de novat. novari docet,
Schilt IX. 23. quia voluntas expressa etiam
de voluntate per facta declarata capi potest.

* Ita recte definitur, quicquid contendat Grev. ad
loc. diff. Diff. 12. th. 31. Nam post constitutionem
Justiniani adjectione diei, vel conditionis non no-
vatur sicut antiquo jure ff.

§. 11. Effectus novationis est, ut ac-
cessoria commoda & incommoda v. c. pigno-
ra, fidejussores &c. ni denuo novo actu re-
staurentur, amplius non valeant. v. Philipp. d. l.

§. 12. Delegatio est novatio, qua cre-
ditum inter me & meum debitorem tollitur &
utriusque consensu inter debitorem eundem
& meum creditorem denuo constituitur, sub-
lata itidem obligatione antiqua inter me &
meum creditorem, igitur geminæ hic obliga-
tiones tolluntur & una nova colligatur.

§. 13. Plura hic deprehenduntur paæta,
uno ego cum meo creditore transigo, ut me
liberet in perpetuum, & à debitore meo
suum exigat, altero debitorem meum dimit.

to &

to & novo creditori delego , tertium inter creditorem meum & debitorem initur , quod hic illi solvere velit . Quia species novationis est delegatio , corruunt hic omnes exceptiones , pignora &c. prioris actionis & crediti . Qua ratione potissimum à cessione differt .

* Erat antiquitus 3 species novationis necessariae litis contestatio , sed hodie nostra judicia incipiunt à citatione vid. l. 10. §. III. 8. II.

§. 14. Compensatio est mutui debiti fictione facta solutio . Adeo enim solutioni æquiparatur , ut qui se solutum juravit , compensare poscit l. 4. C. b. t. Faber. L. 8. t. 29. d. 2. Matth. de Afflictis Dec. 121. v. Medic. de compensat. l. 11. q. 25. Imo quod compensationis ope servari poterat , solutum tanquam indebitum condici potest l. ideo l. si ambo ff. h. t. Unde multo magis omni tempore processus l. ex causa C. b. t. & omni prodest hæc exceptio . Besold. delibat. jur. l. 16. q. 2.

§. 15. Tollit obligationen ratione sortis usurarum , pignoris &c. etiam nondum opposita , ab eo tempore , quo utrinque deberi incipit . Scilicet oppositio saltim manifestat compensationem factam , non primitus inducit . Voet. ff. b. t. n. 2. Operatur autem saltim in favorem opponentis , unde

ex ea

ex ea confessio debiti vicensim colligi non debet arg. l. 9. de Except. limita tamen ex l. 26. de probat. l. 10. C. de legat.

§. 16. Locum habet in omni vero debito, sive ex delicto sive ex contractu l. f. C. b. arg. l. aufertur §. qui compensat. ff. b. v. l. 14. b. Excipitur depositum d. l. f. C. b. modo res deposita adhuc extet, alias enim cessat favor. Caussa spolii Zanger de except. p. III. c. 8. n 119. Exactio tributorum l. 46. §. 5. de jure fisc. Aliamenta futura l. in ea C. b. t. Venditio sub hasta, si emtori debuit, cuius nomine subhastatio facta v. Math. de auct. l. 13. Addel. l. 45. de condit. & demonstr.

§. 17. Requiritur autem ut debitum sit purum & liquidum, nisi mox liquidum reddi possit. Vinn. select. quest. 50. Menoch. A. J. Q. cent. 1. cas. 14. ut debeantur res fungibles ejusdem generis l. si ambo. §. 2. b. Inde licet rejecta sit, non tamen ipsa petitio rejecta censeri debet, cum judex rejecerit defectu requisitorum v. l. quod in diem §. 1. b.

§. 18. Affine est retentio, cuius usus potissimum, ubi vel requisita compensacionis desunt, vel causa privilegiata, ut depositum vid. Vinn. d. l. c. 51. Imo quotiescumque impendia nostra consequi non possumus v. Voet. d. l. n. 20. Est hoc ius cesibile & transmissi-

missibile Berlich. II. concl. 32. n. 12. Arbitrium judicis, ut admittat loco retentionis cautio-
nem debitoris non plane excludi debet v.
Faber III. 22. 18.

§. 19. Confusio est crediti & debiti in una persona facta consolidatio, dum credi-
tores & debitores sibi invicem succedunt, vel tertius amborum hereditatem acquirit,
p. l. 95. §. 2. de solut. l. 5. de fidej. Tollitur autem hic obligatio saltim pro parte, qua quis he-
res existit. l. 14. C. d. R. V. Hinc correorum obligatio saltim dividitur, si uni succedo. l.
f. de duob. reis. Nec liberatur reus principalis, si creditor fidejussoris heres est l. 71. de fidej.
Remedium contra confusionem præbet in-
ventarium l. f. C. de jur. delib.

§. 20. Solvitur obligationis nexus et-
iam interitu rei debitæ l. 5. id. R. C. Opus ta-
men est, ut res non præcedente culpa pereat,
vel mora l. 91. §. 1. de V. O. Christin. vol. 1. Dec.
170. 172. Secundo ut non debeatur genus, ve-
rum species l. 83. §. 5. de V. O. In obligatione
alternativa prioris rei interitus spectat ad de-
bitorem, posterioris ad creditorem.

§. 21. Dissoluuntur contractuum ob-
ligationes etiam consensu contrario. Requi-
ritur autem ut res adhuc integra propter
l. 58. in f. de pact. l. 2. C. quand. ab emt. lic. Con-
trahens uterque contrarium velit. §. 4. l. b. 2.

Excipe sponsalia, mandatum &c. Nam limitat ratio publicæ honestatis v. c. in dissolvendo matrimonio &c.

§. 22. Restitutio in integrum est causa propter læsionem amissæ in pristinum statum redintegratio. Petitur vel è jure civili, vel è jure prætorio. Illa perpetua est, hæc quadriennio circumscribitur. vid. II. M. b. t.

§. 23. Locum habet in civilibus & criminalibus, in his autem à solo principe petitur I. 27. de pœn. illam impetrat quilibet magistratus. Giph. ad I. f. C ubi & apud quem qui competens est, vel ratione domicilii, vel rei sitæ. Franzk. b. 33. 34. Est remedium extraordinarium I. 16. de min. concurrit aliquando tamen cum aliis v. Franzk. n. 8. b. Schurff. cent. 3. consil. 64. Est remedium suspensivum, Finckelth. O. 106. Mynsing. O. 8. Cent. 6. Recuperat omnia jura amissa I. un. C. d. reput. in jud. restit. Transit ad heredes vid. prolixe Franzk. d. I. n. 40. Requirit læsionem alicujus momenti Carpz. I. i. 9. arg. I. 21. de except.

§. 25. Datur ex capite metus, dolus læsionis ultra dimidium, sed de his tit. 3. minoris ætatis scil. 25.* annorum. Si quis facilitate ætatis, vel quod habuit amisit, vel lucrum neglexit, vel inutili onere se obligavit Donell. I. 21. c. 7. &c. comment. jur. civ. Hinc probandæ læsio & minor ætas, de hac v. C. I. A. b. t.

a.b. t. ib. 101. de illa Strauch. diff. 27. tb. 18.

* Cur Saxones citius adolescent, vid. erudie
Schilt. k. t.

§. 26. Exceptiones sunt, si minor do-
loſe versatus, si artem profitetur, si veniam
x̄tatis impetravit *, si juravit, si promissum
major ratihabuit, si jussu judicis ipsi ſolu-
tum, si ſemel restitutio ei denegata. Si ma-
trimonium iniit, si ob debita fiscalia bona
vendita.

* Restituitur tamen contra impetrationem, non
contra geſta ea durante l. i. C. de his qui ven.

§. 27. Majores quoque propter ab-
ſentiam, vel aliam probabilem * cauſam
reſtituuntur. Cujus bini occurruunt caſus
in ff. si vel abſens præſentis, vel hic ipſius
jura præſcripsit. Sed prioris non eſt uſus
propter beneficium l. z. C. de annal præſe. Ba-
chov. t. u. tb. pen. l.

* In posteriore requiriſtur abſentia laudabilis,
vel improviſa, alijs enim abſens procuratorem
relinquere debuifſet v. l. 26. §. f. h. t. Sfort. Odd.
de reſtit. q. 30. De extenſione hujus clauſulae
queruntur Weſenbec. b. Bachov. d.l. Sed defen-
dit eandem Schilt. XI. 30.

§. 28. Præter uſuſionem plures quo-
que referunrū caſus ubi locum habet v. c. in

N n. 2 caſu

casu L. diffamari, si silentium alicui impositum. Adversus litis instantiam, venditionem sub hasta factam rerum absentis, declarationem, quod jure ceciderint creditores edicto non parentes vid. hæc & plura Voet. b. t. Tempus petendi hanc & præcedentem restitutionem est quadriennum indistincte u. M. b. vid. Textor. disp. XVII. §. 42. seq.

* Alienationem judicii mutandi causa factam vidimus L. I. §. XIII. §. 7.

§. 29. Transactio est super lite dubia aliquo retento vel promisso facta conventionalis decisio Franzk. b. n. 3. Semper supponitur res dubia, alias enim negotium incidet in donationem, si liquidum remittatur, vel pactum de non petendo l. i. b. t. A. quo & per dationem vel retentionem seu quod gratuita non sit differt, Fr. ibid. n. 8.

§. 30. Transfigi potest de negotiis & petitionibus omnibus ad transfigentes spe-
ctantibus. Cum fit species alienationis, po-
terit transfigere, qui alienare. Excipiuntur
controversiæ testamentariæ nondum inspe-
ctis tabulis *, cujus rationes operose inqui-
rit Schilt. b. Alimenta futura, res minoris
p. l. g. b. transactionem non aliter admittunt
nisi decreto magistratus interveniente l. 2. C.
ac rebo.

quibus obligationes tolluntur.

565

de reb. min. fin. decr. d. l. 8. ff. quibus accense-
rem promissum matrimonium.

* Conf. tamen D. Gundling. dissert. inaug. de hac
materia Vinn. de transact. c. 4.

§. 31. De delictis capitalibus permissa
est jure civili transactio, non de non capita-
libus l. 18. C. b. vid. prolix. Voet. b. i. §. 16. &
sequ. Hodie sublata distinctione, qua priva-
tum interesse de omni omnino delicto vali-
de transfigitur Matthæi de crimin. l. 48. t. 20. c.
4. n. 12. Excipitur tamen adulterium quid-
quid contendant. Carpz. prax. crim. u. 71. n. 31.
Heig. II. 29. vid. II M. v.

§. 32. Effectus transactionis est litis
compositio ad instar rei judicatæ, neque re-
scinditur propter lassionem vel instrumenta
noviter reperta. Bene tamen propter cau-
fas, quæ consensui impedimento sunt. Di-
versam interpretationem non habet. Licet
velit Voet. d. l. n. 21. Quod non extendatur
ad alios, id commune est omni conventioni
t. t. C. ne inter al. act. l. 63. de re jud. ff. l. 27. §. 4.
de pæt. de re judicata & jurejurando in pro-
cess.

§. 32. Propter affinitatem spectant
huc levamina, quæ ad tempus obligationem
suspendunt, ut litteræ moratoria & benefi-

N n 3

cium

cium cessionis. Illæ non concedi debent, ni cautionem præstet debitor de solvendo suo die credito l. 4. C. de prec. imper. off. Leetuvv. IV. 45. n. 2. Sistunt cursum usurarum Carpz. u. 30. 46. Ad fidejussiones extenduntur Fab. l. i. t. 9. d. 14. v. tamen Leeuvv. d. l. n. 10.

§. 34. Cesio bonorum debitoribus fortunæ injuria decoquentibus indulgetur, imo in tantum, ut nec jurata renunciatio valet Salicet. ad l. C. quibon oed. Debet fieri rescripto impetrato & citatis creditoribus, cum causæ cognitione. Leeuvv. d. l. c. 46. n. 10. Ubique tamen recepta non est v. Jus Lubec. t. 3. i. Si ad pinguiorem fortunam aspirat, debitor residuum solvere tenetur v. c. Odoard. t. desolut. salvo alicubi competentiaz beneficio. Huber pral. ad ff. b.

LIBER IV. De OBLIGATIONIBUS EX DELICTO ET QUASI DELICTO.

tit. I. De damno injuria dato.

tit. II. De noxali actione & Pauperie.

tit.